

C. D.
DISCURSUS
JURIS CANONICI

DE
POENITENTIA
ECCLESIASTICA,

von der

Kirchen = Busse /

QUEM
PRÆSIDB

PETRO MÜLLERO,

U. J. D. & Prof. Publ.

ad d. Januar.

In Jctorum Auditorio

publica venilationi submittes

AUTOR

JOH. FRIDERICUS Knorr /

Hallenf. Sax.

Jenz, Typis Joh. Jacobi Bauhofers 1678. - 1



Cæterum *Benivolus Lector* irrepta errata typographica pro sua animi bonitate ipse velit, corrigat, neque malè de iis judicet. Bis placet sententia *Johannis Secerii*, qui teste *Camerario* dicere solitus fuit: *Talia errata nihil afferre incommodi posse: aut enim leguntur editi libri ab eruditis & ingeniosis, aut ab ineruditis & inertibus. Isti facile animadvertunt istos lapsus, & sciunt tollere viciosa. His ne studiosè quidem edita atque incorruptissima scripta prosunt.*

VIRO JUVENI

Eximiis virtutibus & nobilioris industriae laude
commendatissimo,

DN. JOHANNI FRIDERICO KNORRIO,

Legitimæ Eruditionis Candidato,
cum applausu disputanti

FELICITER!

Didicisse jura ritè pœnitet nunquam.
Nec pœnitebit, qui beare thesauris
Mentem laborans perdit æra. *Mi Knorri,*
Boni Satelles, Temperantiæ Cultor,
Gressu veloci pergis, & Juventuti
Das æmulandæ diligentia exemplum,
Ridente Phœbo Gratiisque, fulgentem
Merens Coronam; quin *Patriæ*que vestigans
Pedes viasque fervidos rotas currus.
Temnis profanum. Sic amasse Virtutem
Non pœnitebit. Templâ lætus ascendis
Themidos verendæ. Is, auguror, Tibi fervor
Haud pœnitendos cum lucro feret fructus.
Astræ Te olim haud infimo loco ponet.

quod

hoc authoschediasmate

vovet

PRÆSES.

* * *



I. N. D. N. J. C.

CAPUT I.

contiens

Definitionem Nominalē & Realem.

SUMMARIA.

I. Pœnitentia dicitur à pone & tenere. II. alii dictam volunt quasi pœnæ tenentiam. III. Allusio Gellii à pene & penuria, ut sit quædam indigentia. IV. de pœnitentia agit & Philosophus, & Jctus, & Theologus; sed diverso considerandi modo. V. Ethicus tractat de ea in loco de affectibus & principiis actionum humanarum. VI. Est virtus habitualis, & ad quam virtutem sit referenda? VII. D. Birnbeck virtutem pœnitentiæ ad Justitiam pertinere dicit. VIII. Physicus considerat actum animæ, qui aut præcedit pœnitentiam aut eam consequitur. IX. Theologus, quatenus conversio peccatoris ad Deum. X. Jcti vocant pœnitentiam contrariæ voluntatis actum, & se per omnes ferè Juris articulos extendit. X. Canonistæ modò in sensu Theologico, modò Juridico hunc actum accipiunt. XII. Sacramentum esse volunt pœnitentiã, sed falsò. XIII. Obiter explicantur verba Apolog. Aug. Confessionis. XIV. Apud Pontificios denotat satisfactionem operis, in nostris Ecclesiis similis est Ecclesiastica Censura. XV. Tractantur synonyma. XVI. Describitur quid sit pœnitentia Ecclesiastica. XVII. Dividitur in privatam & publicam, & hæc in solemnem & non solemnem.



Orem Disputantium non trans-
 gredientes à scrutatione natalium vocis
 Pœnitentiæ Dissertationem nostram in-
 choamus, existimantes, Pœnitentiam cum
 Erasmo Roterodamo, 2. ad Cor. 7. dici 1) à
 pone & tenere, ut idè sit quod priori con-
 siliò repudiato tenere posterius. 2) Alii

A

quasi

quasi poenae tenentiam dictam volunt, ut semper Poenitens puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Poena enim proprie dicitur laesio, quae punit, & vindicat, quod quisque commisit; ille igitur poenam tenet, qui semper punit quod commisisse dolet. *c. 4. de poen. Dist. 3.* cum poenitere sit mala perpetrata plangere, & plangenda iterum non perpetrare *c. 1. & 6. de poen. Dist. 3.* quorum forsitan respexerunt Canonistae, cum in Decreto, loco de Poenit. de variis variorum delictorum poenis egerint. *vid. c. si quis 6. c. quicumque 8. c. si forte 11. c. cogitationis 14. c. sollicitatores 15. & seq. dist. 1. de Poenitentia.* 3) Non insulsa Auli Gellii *Noctium Atticarum lib. 17. c. 1.* est allusio, cum poenitentiam a pene & penuria derivet, ut sit quaedam indigentia. Poenitens enim & consilio, solitiove cum destituatur, magnopere indigere videtur; Plura cui volupe est legere, adeat Henricum Canisium *ad Decretales Tit. de Poenit. & remiss. Dilligenses Theologos Disp. de sacram. Poenit. c. 1. §. 1.*

4) De Poenitentia agit & Philosophus & *Ælius & Theologus* diversò tamen considerandi modò. 5) *Ethicus* de ea tractat in loco de Affectibus & principiis actionum humanarum, imprimis cum voluntas naturam feratur in bonum, & quod ei adversetur, rejiciat, atque eligat sibi, quod commodum videtur; Similiter prætor variantem seu poenitentem non semper repellit, nec consilium mutantis aspernatur, ut inquit *Papinianus in L. 8. ff. d. Collat. & ibi Glossa.* Atque eò modò reprehensibilis non est, cum etiam cordatioribus viris nunquam laudata sit in una sententia perpetua permansio, si fides habenda *Tullio lib. 1. famil. antepennul.* Huc refer *l. 21. §. 6. de Ad. emti.* ubi qui vendit domum, excipiens ibi habitationem ad dies vitæ, vel ad singulos annos decem, emtor quotannis poenitere possit, & si primo anno elegerit habitationem, alterò annò decem postulare; Tertiò iterum poenitentiam ductus habitationem eligere possit. 6) Unde Poenitentia Ethicis

eis est virtus habitualis, ejusque actus est actus Virtutis: sed ad quam est referenda? Si accipitur ut actus, cujus est dolere de peccato, ut est offensa Dei, sic non distinguitur à charitate, si verò accipitur ut actus, cujus est compensare injuriam Deo per peccatum illatam, sic pertinet ad justitiam 7) Con- 7
 firmat hæc *Andreas Birnbeck in Tract. de Virtutib. c. 9. p. 462.* Virtutem Pœnitentiæ ad justitiam pertinere inquit, quippe, quâ id quod per peccatum ablatum fuisset, quasi refundatur & restituatur; Pœnitentiamque talem esse virtutem, quâ homo detestatur peccatum, ac de eo dolet, quatenus Dei offensa est. 8) *Physicus* considerat actus animæ; qui 8
 aut præcedunt pœnitentiã, ut tamen sine illis vix esse possit, aut eam consequuntur. In actibus præcedentibus, primus est potentia cognoscitiva, nempe intellectus, quo homo cognoscit ab objecto sub ratione boni sive veri, sive apparentis, illudque proponit appetitui. Alter actus spectat ad appetitum, quo voluntas fertur in objectum antea cognitum. Tertius actus pœnitentiam præcedens est, quo homo in objecto isto deprehendit aliquam disconvenientiam. Hosque actus sequitur actus appetitus seu voluntatis, in quo formaliter consistit Pœnitentia, talis scilicet actus, quò quis nolle id, quod ante voluit. Hunc actum consequitur jam alius actus in appetitu, seu decretum voluntatis de eo, quod ante voluit, destruendo, mutando, retractando, abolendo, non amplius committendo. Prout Antecessor hujus Salanæ inclitus *J. B. Dn. D. Henr. Balch. Roxb. Dissert. suâ Inaugurali de Pœnitentia & voluntariis mutatione Cap. 1. fusius deducit.* 9) *Theologus* considerat 9
 Pœnitentiam tanquam conversionem peccatoris ad Deum, ut sit regressio, reditus, quia per veram pœnitentiam revertimur ad Deum, perinde ac si quis ad viam unde aberraverat revertatur. *Conf. Flacium in Clar. Scriptura S. sub vocabulo*

- pœnitentia*. Gothofr. Cundifium *Colleg. Ifagogico 2. Disp. 1. cap. 1.*
- 10 §. 5. 10) JCTI vocant Pœnitentiam contrariæ voluntatis actum, quò quis illud retrahat, permittente tamen lege, quod quis antea gesserat, eaque sese extendit per omnes ferè juris articulos, ita ut tam tacitè quàm expressè, licitè & illicitè fiat, & tam in sponfalibus & nuptiis, quàm adoptionibus it. tutela & cura, Dominio, Usucapione & Donatione, Feudo, Juribus seu rebus incorporalibus, uti & in Testamentis, Hereditatibus & Legatis Pignore & Possessione, Pactis ac Conventionibus, Contractibus realibus, Chirographariis, Verbalibus, consensualibus, Innominatis & qs. Contractibus ac tandem in delictis locum habeat, prout hæc omnia solidè deducit *laudatus Dn. Rosbius dicit. Dissert. per tot.*
- 11) CANONISTÆ modò in sensu Theologicò, modò juridico prout in utrumque latus, alienis plumis se ornantes inclinare assolent, hunc actum accipiunt. In sensu Juridico usurpatum legimus in *can. mutare consilium 33. d. R. I. in 6to.* Theologicè *pro contritione cordis c. ecce nunc dist. 1. d. Pœnit. c. quem pœnitet, eadem dist. & tract.* Sic Judas & Esau pœnituisse dicuntur *c. Juda & seq. dist. 3. de Pœn. Item pro nova obedientia in c. pœnitentia 2. c. reperiuntur & seq. pl. dist. 3. d. pœnit.* Nec sicco pede prætereundum est, quod Canonistæ pœnitentiam statuunt esse Sacramentum *l. 49. q. 3. de pœnit. dist. 1.* Ut Lancelot *lib. 2. Instit. I. C. tit. 5. §. 1. statuit, ibi: Pœnitentia est sacramentum quod contritione, confessione & satisfactione concurrentibus peccatorum operatur remissionem.* Verùm rectè animadvertit *D. Caspar. Ziegler ad Lancell. Instit. Lib. 2. tit. 2. §. 2. in not. & lib. 2. r. 5. §. 1.* quod licet pœnitentia & absolutio, qua generales permissiones singulis applicantur, mandatum habeat & permissionem, quia tamen deest externum elementum & signum à Christo in hunc usum destinatum, manifestum est, pœnitentiam non posse dici Sacramentum, ea scilicet notatione, quâ sacramenta dicuntur Baptismus & Eucharistia; prout
- au-

autem vocabulum Sacramenti latè & improprie sumitur, uti notat rem sacram, quæ habet mandatum & promissionem, eatenus pœnitentiam sacramentum appellari posse tradit *D. Friedlieb in Med. Toeol. in loco de Pœnit. q. 1. 12*) Neque 12 perjuri sumus. quando verba Apologiæ August. Confess. art. 13. dextrè applicamus scil. non aliter ibi Confessionem dici sacramentum, quàm ratione finis, quem cum sacramentis communem habet *Gerh. Confess. Catholica Lib. 2. p. 3. Ars. 16. Cap. 1. Tb. 4. Bebelius in Antiquitatibus Ecclesiæ pag. 1029.* accuratiora videantur apud Theologos, ad quorum forum talia tractanda proprie spectant. 13) Cùm verò Sacerdotes Pontificii pro qualitate delicti, culpæ & personarum, externam pœnam pœnitentibus imponere & per modos culpæ vindictam & censuram canonum æstimare consueverint, ideò pœnitentia denotat satisfactionem operis *c. mensuram 86. dist. 1. de Pœnitentia cap. latoros 4. X. d. Clerico excommunicato. tot. tit. X. de pœnit. & remiss.* Cui in nostris Ecclesiis similis est Censura Ecclesiastica per Synecdochen partis ita dicta.

14) Vocatur Pœnitentia aliàs Publica sive Ecclesiastica, item Satisfactio Canonica, Spiritualis Reconciliatio Ecclesiæ offensa, Proclamatio Publica hominis lapsi vel peccatoris, non eo modo ac si talis pœnitens pro peccatis suis satisfaceret per hanc pœnitentiam, sed quod Ecclesiæ ob datum scandalum satisfaciat. *Rehhan. im Bericht von der Kirchen-Busse Cap. 3. Pœnitentia humilima c. 22. de Pœnit. dist. 3. deprecatio publica. Pœna publica, castigatio publica, seu Ecclesiastica. M Anton Reiter in der Anweisung/wie es jedes mal in der Kirchen Gottes mit der öffentlichen Busse ist gehalten worden. p. 527. Germanicè, Kirchens-Busse/öffentliche deprecation und Abbtung/öffentliche Verdringung oder Ausföhnung mit der Kirchen/öffentl. Wieder-aufnehmen der Gefallenen. Carpzov. Jurispr. Confess. lib. 3. tit. 7. def. 82. n. 7.* 15) Quæ describitur, quod sit

actus, quo peccator, qui graviori delicto Deum Ecclesiamque offendit, ad abolendum scandalum ab ipso datum, coram facie Ecclesiae, praevis Magistratus Ecclesiastici decreto, commissa publice deprecatur, meliorem vitae cursum pollicetur, atque ita conciliatur Ecclesiae. 16) Dividitur aliam poenitentia Ecclesiastica in privatam & publicam, haec vero in solennem & non solennem. Privata, in qua soli Sacerdoti detegitur peccatum & satisfactio pro eo injungitur occulte peragenda, neque enim peccatum occultum publicare permittit christiana charitas, proinde Sacerdos confessionem sibi factam revelare non debet, & si peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum, praesumserit revelare, non solum a Sacerdotali officio deponendus, verum etiam ad agendum perpetuam poenitentiam, in arctum monasterium detrudendus *c. 2. omnia vers. carvat autem X. de Poenit. & remiss. c. de poenit. dist. 6. & Sacerdos si sciat pro certo reum aliquem esse criminis, vel confessus fuerit, non debet eum arguere nominatim, sed indeterminatè, quia non ut iudex scit, sed ut Deus. Ungebauer ad tit. X. de confess. n. 25. & 26.* Publica solennis est, quam imponit Episcopus ob gravissima crimina publica, in capite quadragesimae peragenda servatis solennitatibus de quibus in *c. Poenitentes 63. & c. In capite, dist. 50. & plura cap. V. videantur.* Publica poenitentia non solennis est, quae publicè citra ullam Iuris solennitatem peragenda, injungitur Vallensis *in parat. Jur. canon. tit. de poenit. & remiss. §. 4.*

CAP. II.

proponens

Causam efficientem, seu Quinam possint imponere poenitentiam Ecclesiasticam.

SHM.

7.
SUMMARIA.

- I.** *Causa efficiens Pœnitentiæ Ecclesiasticæ est Jus circa sacra habens.*
- II.** In Veteri Testam. Deus hanc exercuit potestatem. **III.** Constituit Deus pœnitentiam quotannis semel die & mense *Terti* qui sub finem nostri Septembris incidit. **IV.** Hoc festo, quod alias vocatur Festum Expiationis, Pontifex juvencum macTABAT; ubi simul ritus narrantur. **V.** Deus illos, qui immunditiam aliquam contraxerant, tribus vel septem diebus à tabernaculo abstinere voluit. **VI.** In Republica Romana jus circa sacra fuit modò penes Regem, modò penes populum, modò Optimates, modò Principes. **VII.** Ab Imperatoribus Christianis res Ecclesiæ dependerunt, Cæsarei enim muneris est, ut subditi non solum pacificè sed & piè vivant. **VIII.** Pontifices Romani, de facto potestatem circa sacra sibi arrogarunt, ut quicquid possederint, nec præscriptioni locus sit. **IX.** Hodie tamen ubi potestatem illam adhuc exercent, Jurisdictionem Ecclesiasticam sibi attribuunt. **X.** Tres hodie Religiones pro licitis confessionibus in Imper. Rom. German. habentur. **XI.** Unde dicantur Protestantes Imperii Status. **XII.** Jura circa sacra, & ante Transactionem Passaviensem habuerunt. **XIII.** Ipse Carolus V. vocat Status Imperii *Schützer und Schirm der Glaubens.* **XIV.** In numero Statuum sunt Civitates Imperiales, quibus Jura territorialia competunt. **XV.** Vigore hujus Superioritatis instituunt Consistoria. **XVI.** In quatuor summis Capitibus, scilicet Ordine, Lege Dicecesana, Jurisdictione & Statu consistit Jus Episcopale. **XVII.** Quare impositio pœnitentiæ Ecclesiæ illuc sit referenda. **XVIII.** Dictum de cognitione Juris Episcopalis procedit *regulariter.* **XIX.** In primitiva Ecclesia Christus & Apostoli destituebantur potestate in Republica, exercuerunt tamen Ecclesiastica. **XX.** Nobiles Immediati Status quidem non sunt, neque superioritate territoriali gaudent, habent tamen Jus circa sacra vigore Pacis Religiosæ & Instrumenti Pacis. **XXI.** Nonnunquam Statibus Provincialibus, qui subditi sunt, facultas cognoscendi de causis Ecclesiasticis competit. **XXII.** Quod vocabulum *Annexa* in Instrum. Pac. denotet. **XXIII.** Nobiles Augustanæ Religioni addicti, si habeant Jus Patronatus atque sint
- Prin-**

Principes Religionis Pontificiæ subditi, Jurisdictionem Ecclesiasticam exercent. XXIV. Civitates Municipales nunquam ex singulari Principis concessione, longeva consuetudine vel præscriptione Jura quædam particularia Episcopalia vel Ecclesiastica possident. XXV. Jctus Mevius deducit, Civitatibus Principi subditis aliquid Jurisdictionis Ecclesiasticæ competere posse. XXVI. Pacificatio Religiosa Inferioribus Magistratibus Jus & possessionem suam in Ecclesiasticis non eripuit, & generalis Jurisdictio Principum, non potest derogare in causis Ecclesiasticis acquisitæ & habitæ Jurisdictioni Minorum. XXVII. Per privilegia etiam ea possunt cedi, quæ sunt Jurisd. Ecclesiasticæ. XXVIII. Judæi à Statibus Imperii recipiuntur ac tolerantur. XXIX. Concesserunt Imperatores iis securitatē in profanis & aliis. XXX. Concessa quoq; ipsis est facultas pœnitentiam quandam juxta illorum ritus imponendi. XXXI. Zarvossi, conversi Judæi, relatio adducitur. XXXII. Qui autem non habent Jus circa sacra, vel jurisdictionem Eccles. imponere non possunt pœnitentiam. XXXIII. Superintendens absque præscitu Consistorii illam injungere nequit, de quo Sanctio est Saxonica. XXXIV. Quatenus pœna dici possit Pœnitentia Ecclesiastica. XXXV. Ne Ministri Ecclesiæ affectibus animi indulgentes severius, quàm par est, in delinquentes animadvertant, cognitio accuratior in Consistoriis instituenda est. XXXVI. Multominus Superintendens pœnitentiam ejusmodi de novo introducere potest, ubi in usu aliàs non est. XXXVII. Publica pœnitentia non est simplici & absolutæ necessitatis, sed ex numero eorū quæ sunt adiphora. XXXVIII. Hæc potestas in Ecclesiis Aug. Confess. ad Principes pertinet. allegatur Rescriptum. XXXIX. Pastori non licet imponere pœnitentiam. XL. Licet ipsi vitii taxatio sit concessa. XLI. Contrafaciens actione injuriarum tenetur, & punitur. vid. Rescript. Suprem. Consist. Dresdenf. XLII. Annon liceat Ministro Ecclesiæ imponere pœnitentiam, cum Christo licuerit? Resp. XLIII. Patronus, cum non habeat Jurisd. Ecclesiasticam, non potest imponere pœnitentiam. XLIV. Si Pastor monita Patroni secutus pœnitentiam imponat publicam, arbitrariè cum Patrono punitur. XLV. Contra Patronum ob abusum

sum illius Juris agi potest ad privationem Juris Patronatus, & contra Pastorem ad suspensionem vel remotionem ab officio. XLVI. Si inter quosdam sit controversia circa Jura Ecclesiastica, ab eo est imponenda pœnitentia publica, qui est in possessorio. XLVII. Si in isto judicio nondum res sit decisa, tunc neutri concedenda. XLVIII. In causis, quæ moram non patiuntur, Judex Superior eam interim exercere potest. XLIX. Camera Imperialis in causis Ecclesiasticis in possessorio decernit. L. Cognoscit etiam Camera, si quæstio super re spirituali mota consistat in facto.



Causa efficiens Pœnitentiæ Ecclesiasticæ est τὸ *κρῖ* 1
σις in Republica, & Jus circa sacra habens. Penes quem enim est Legum autoritas, sive ipse sit Legislator, sive is Magistratui aut judici administrationem earundem & executionem demandaverit, (nam Principes sibi comparant oculos multos, & aures, & manus & pedes *Aristotel. c. 3. Polit. 12. p. 211*) & Jurisdictio, 2
 ejusque effectus, sc. Pœnitentiam publicam decernendi competit potestas. In Veteri Testamento Deus hanc exercuit potestatem. Quamvis *ipse* ad gubernationem omnium Rerum-publicarum tanquam causa prima concurrat, peculiare tamē fuit in Republ. Ebræorum, in qua penes ipsum Deum arbitrium fuisse *ὁ πᾶν* Conringius *dissert. de Politia s. Republica Ebræorum* pluribus demonstrat. Dedit ipse leges, prout ex plurimis Leviticorum, Numerorum, & Deuteromorum capitibus elucet, unde quicquid in vita humana commodis legibus definitum est, magnam partem depromptum videas. 3) Constituit autem Deus pœnitentiam quotannis semel die & mense *Tisri*, qui sub finem nostri Septembris incidit, de qua mentio fit *Lev. 16. v. 30. & 31.* Das sey euch ein ewiges Recht/ den 20. Tag des 7. Monats sollt Ihr eure Verber casteyen/ und kein Werck thun/ denn an diesem Tage geschiehet eure Versühnung/ da Ihr von aller eurer 3
 Sünde

Stunde werdet gereinigt für dem Herrn / darun sey es
 der grosse Sabbath/daran solt Ihr eure Leiber demsicht;
 4 gen/ ein ewig Recht sey das. 4) Hoc festo, quod alias
Festum Expiationis vocatur, Pontifex pro se & sua familia
 expiandis juvenum mactabat, ut doceret se æquè ac ceteros
 homines peccatorem, & penitentiae agenda obstrictum
 nec verum illum Pontificem esse, cui non sit necesse
 prius pro propriis peccatis victimas offerre *ad Ebrae.*
7. v. 27. Porro Pontifex à populo duos Hircos
 accipiebat, quorum alter ad expianda populi peccata
 mactabatur, alter vivus dimittebatur, postea in sanctum san-
 ctorum ingrediebatur, adeoque non nisi semel per annum,
 & preces fundebat. Ex sancto sanctorum reversus Pontifex
 publicam confessionem totius populi edebat, quam anti-
 quissimos Ebraeos, in *Talmud Massich Joma Cap. 6.* per sequen-
 tia explicuisse testatur *Excell. Dominus Professor Fritschmuthius*
in Dissert. 1. de Hirco Emissario T. 9. videlicet, Obsecro Domi-
 ne, deliquerunt, rebelles fuerunt, peccaverunt coram te po-
 pulus tuus Domus Israel. Obsecro Domine, remitte hunc de-
 lecta, & rebelliones & peccata, quæ deliquerunt & in qui-
 bus rebelles fuerunt coram te populus tuus Israël, sicut scri-
 ptum est in lege Moyfis servi tui *Lev. 18. v. 30.* dicendo quia
 in die hoc expiavit vos ad mundandum ab omnibus pec-
 catis vestris mundi eritis coram Domino. conf. D. Calov. *in*
Bibl. vet. Isrlam. annot. ad d. loc. Si quis igitur graviter peccasset,
 ut si Virum muliere serva desponsata Viro concubuerit, eum
 quidem flagris caedendum jussu Magistratus leges Mosaicæ
 mandabant, sed postea pro delicto suo offerre tenebatur ad
 ostia tabernaculi arietem in sacrificium, quæ erat deprecatio
 publica coram Deo & Ecclesia *Levit. 19. v. 20. 21. & 22.* Sa-
 crificia illa expiatoria ibi merebantur remissionem in exter-
 na conversatione, h. e. ne illi excluderentur ex Politia Mo-
 fis, Heerbrandus *in Compend. de finib. sacrif. Levit.* Media erant,
 quibus polluti, aut quavis de causa immundi leviticè mun-
 da-

dabantur & in cœtum recipiebantur. 5) Sic Num. 19. v. 13. 5
 20. Deus illos, qui immunditiam aliquam contraxerant, tribus vel septem diebus à tabernaculo suo abstinere, adeoque à cœtu & commercio Ecclesiæ suæ exclusos & aquam separationis i.e. quæ propter immunditiam separatis cum Ecclesia hoc visibili testimonio reconciliandis destinata erat) super ipsos spargi voluit. Quod si verò absque illa purificatione & aquæ separatione tabernaculum quispiam ingressus, & tanquam risè expiatus immiscere sese ausus fuerit, tabernaculum & sanctuarium illum polluere, illamque animam ex Israele excindendam Deus pronuntiavit. Wilhelm. Zepper. *de Polit. Eccles. lib. 1. c. 16. n. 5.*

6) IN REPUBLICA ROMANA Sacrorum omnis potestas sub Regibus fuit; sacra Patres custodière Dionys. Halicarnassensis *lib. Antiq. Roman. De Romulo* vid. *Knichen. de Autocratia Rom. Imp. c. 1. n. 871. De Numa Pompilio Val. Maxim. l. 1. c. 2.* qui in specie, ut Deorum timore ad mitiora truces animos flecteret, Religionibus & divino jure populum devinxit, Tacitus *lib. 3. Annal. c. 26.* de Reliquis Regibus vid. Val. Maximus *l. c. D. Conring de Majest. civil. auctorit. & officio sb. 62. & 63. D. Mylerus ab Erenbach de Princip. & statibus Imper. Roman. p. 1. cap. 2 n. 9.* Post Reges in Statu Democratico penes populum fuit, Cic. *lib. 2. de Divin.* In Statu Aristocratico penes Senatum. Livius *Lib. 40.* postquam summa rerum venit ad unum, Principes jus circa sacra habuerunt, *Suetonius in August. Cap. 31.*

7) AB IMPERATORIBUS CHRISTIANIS, ex quo tẽpore tales se profiteri cœperunt res Ecclesiæ dependerunt, inquit Soerat. *l. 8. hist. Eccl.* Hoc enim muneris Casarei est, dicente Theodosio in *Epist. ad Cyrillum*, ut non solum pacificè, sed piè etiã subditi vivant. In hoc potius Reges (verba sunt Augustini contra Crescent. 3. c. 51.) sicut eis divinitus præcipitur, Deo serviunt, in quantum Reges sunt. Si in Regno suo bona jubeant, malis prohibeant, non solum, quæ ad humanam socie-

tatem pertinent, verum etiam, quæ ad divinam religionem. Du. Præses in tract. suo, quem inscribit: *Præsidia Domus Illustris cap. 5. post. 2.*

- 8) PONTIFICES ROMANI quamvis de facto potestatem circa sacra sibi arrogarint, cum ipsi in *Can. Hadrianus Papa dist. 63.* invitis dentibus fateantur, jus tale Carolo Magno competere, add. *can. res autem 23. quest. 5.* cujus canonis fidem contra Baronium uberius firmat Henning. Arnifæus de *translat. Imper. cap. 7. n. 21. & de jure Majest. lib. 2. c. 6. n. 10* atque Imperatores de violenta per Hildebrandum in primis facta extorsione graviter sint conquesti, ac jus suum integrum sibi reservaverint. Goldast. *Tom. 1. Const. Imp. Otto Frisingens. Chron. lib. 27. c. 14.* nec aliter dicendum sit, quam quod Papa, quicquid juris circa sacra sibi assumerit, absque titulo, malaque fide possederit, ut nec præscriptioni locus sit, Engelbrecht de *Juridic. th. 98.* Magnificus Accad. hujus h. t. Rector Johann. Gvilielm. Bajer SS. *Theol. D. & P. P. Celeber. Dissertat. de falso jactata dignitate & potestate Romanor. Pontific.*
- 9) Hodie tamen ubi adhuc potestatem illam exercent, quod fit per Consistorium, quod aliàs vocatur Spiritualis Curia, Episcopalis audientia l. 25. *C. de Episc. & Cleri & auditorium C. veritatis 8. Extr. de dolo & contumacia*, non solum in subiectos sibi Clericos, sed etiam laicos, in negotiis sc. Ecclesiasticis, jurisdictionem Ecclesiasticam sibi attribuunt, ut si in causis spiritualibus controversa oriatur vel decidenda veniat, ad Pontificem recurratur, cui omnes Ecclesiæ de Jure Pontificio subiectæ *Lancellotus Inst. J. Can. l. 1. tit. 5. §. 5. 10*) In Imperio Romano Germanico, quoniam hodie Tres Religiones, nempe Catholica, Evangelica, & Reformata pro licitis confessionibus judicantur *art. 7. Instr. Pacis. Tabor derogim. Imper. Eccles. sect. 2. th. 8.* Gastelius de *Statu Europe novissimo cap. XI. n. 1.* Balduin in *casibus conse. lib. 2. cap. 6. cas. 3.* Principes Pontificiæ addicti religioni, agnoscunt Romani Præsulis

sulis Iurisdictionem in Ecclesiasticis. 11) *Protestantes* autem 11
 (qui ita dicuntur, quod Imperatori Carolo V, qui anno
 1529. suggestione Papali mutaverat mentem, atque contra
 novatores in Religione severius scripserat, *Principes quidam*
& Civitates Imperiales sese opposuissent, ac contra istiusmo-
 di Decreta protestati essent, istam protestationem ac appel-
 lationem ad Concilium ac non suspectos Iudices interpocu-
 erunt. Dn. Præses in sua *Dissert. Inaugural. de Iudiciis Ecclesiasticis*
Protestantium Holmstadii habit. th. 7) eò quod sint Status Impe-
 rii & habeant 12) Ius territoriale ac Superioritatis, postlimi- 12
 nio quasi restituti jus circa sacra obtinent; atque hanc etiam
 potestatem, ante transactionem Passaviensem habuerunt,
 prout deducit Svevius *ad Pac. Relig. Diss. 2. th. 4.* & Dn. Præses
d. l. th. 20. inquit. Non existimandum est, uti quidem magni
 nominis Icti faciunt, quasi occasione demum transactionis
 Passaviensis potestas religionis ad comitia, ac proinde in
 Statuum superioritatem concessa fuerit. Nam Status Impe-
 rii ante prælaudatam Transactionem divino potius jure,
 quam concessione Imperatoria regimen Ecclesiasticum sus-
 tinerunt. Magnif. D. Freystein in *accurat. Dissert. sua Inaug.*
de Jurisd. Ecclesiastica th. 57. D. Tabor de *Regim. Imper. Ecclesiast.*
th. 2. 3. Nam à tempore concessæ Superioritatis territo-
 rialis, quod ad tempora Imperatorum Saxonum restringen-
 dum arbitratur D. Simon de *Jurid. territoriali cap. 3. §. 3.* Status
 Imperii tantum potuerit in suis territoriis, quantum Impera-
 tor in Imperio; cujus sententiæ explicationem vide in *Dif-*
fert. de Orig. Illustrat. illius regule: Romano Germanici Imperii Electro-
rum Ducum Marchionis Landgraviis &c. Tantum posse in suis territoriis
&c. D. Huldencrici Eibenii Jcti; Iam quis dixerit, Cæsarem in
 imperio Religionis curam non habere, quis verò neget &
 Status Imperii regum ferme in modum ditiones suas guber-
 nantes Ius sacrorum non habuisse, licet, uti dictum, de facto
 Papalis Sævitias suspensum quasi fecerit exercitium. 13) Omne 13
 de-

demum dubium eximitur per ipsam confessionem Caroli V. qui longè ante Pacificationem Religiosam appellavit Status Imperii *Schützer und Schirmer des Glaubens Recess. Imp. Norimberg. de anno 1524. §. Also auch vielgedachte. 28.* Similem in modum Havemann. *de Jure Episcopali tit. 2. §. 35.* refert, Augustanæ religionis Episcopos i. e. Principes sustinere regimen Ecclesiasticum potius jure divino, quam Imperatoria concessione. In numero Statuū Imperii etiam sunt

14 **VITATES 14) LIBERÆ IMPERIALES** *die Reichs-Städte*

te/quibus jura territorialia competunt *Mingius, de Super. territor. c. 3. th. 42. & 44. Lehm. in Chron. Spirensl. lib. 4. c. 3. per. 101.* (cui sese opponit Andr. Knichen, quem Principum mercenarium appellat *Limæus de Jure Pub. lib. 7. c. 1.* ejusque argumenta refellit, in *relitatione apologetica epopsi*) adde Christoph. Befold. *de Jure & Imperio Imp. civitat. th. 43. VVurms. Exercit. I. P. 3. th. 18.* Ideoque non minus ac ceteri Principes & Status Imperii libero & publico Religionis exercitio & juribus Episcopalibus fruuntur, *Reichs-Abschied de Anno 1555. §. Nachdem aber 7.* quod extra omne dubium hodie est, vigore Instrumenti Pacis Cæsar. *Svec. art. 5. n. 11. & art. 8. §. tam universalibus.* Ibi : *tam in universalibus quam particularibus dietis Liberis Imperii civitatibus non minus, quam cæteris Statibus Imperii competat votum decisivum, iisque rata & intacta maneant regalia, aliaque jura, ab Imperatore legitime impetrata vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda jurisdictione intra muros & in territorio* Proinde Civitates Imperiales vigore juris territorialis

15 à quo dependent jura Ecclesiastica, Pœnitentiam Ecclesiasticam imponere possunt. 15) Vigore hujus Superioritatis & Jurium circa sacra Principes & Status Imperii **CONSISTORIA** seu **Judicia Ecclesiastica** instituunt, in quibus res & causæ Ecclesiasticæ & spirituales, ac quæ exinde dependent, tractantur & deciduntur, *Nicol. Mylerus*

ab

Erenbach de Princip. & Stat. Imp. p. 2. c. 88. §. i. dicuntur
 Kirchen / Gerichte / Ehes Gerichte / Burgot. not. lmo. p. 2.
 c. 15. n. 116) Ita autem de potestate Episcopali, quæ in
 quatuor summis Capitibus nempe in Ordine, Legè Diocesana,
 iurisdictione, & Statu seu Dignitate consistit, sentiendum;
 quod ea, quæ sint Ordinis v.g. prædicatio verbi divini, ad-
 ministratio Sacramentorum, ordinatio Ministrorum, cla-
 rum potestas, & ipsum ministerium respiciunt, Principes &
 Status Augustanæ Confessionis per Superintendentes &
 Ministros Ecclesiæ secundum ordinem divini institutum
 normam Evangelicam decenter perfici ordiant. Rein-
 hold de Regim. seculari & Eccl. l. 3. ch. cap. 10. n. 5. Hæc enim ad in-
 ternam potestatem Ecclesiasticam pertinent, Carpz. lib. 1. §.
 11. n. 13. cui magistratus Politicus nequaquam in-
 termittere se, sed memor esse debet effati Constantini, qui
 Episcopus non in Ecclesiis, sed extra Ecclesiam, Euseb. lib.
 6. c. 24. quamvis cura circa illa quoad externa
 cidentia, Principi etiam competat, Mignif. Da. Struvius
 in Regim. Juris Feudal. c. 6. §. 17. n. 2. Quæ autem ad legem
 humanam referuntur, utpote Canonica obedientia, dispo-
 sitione gubernatio rerum & bonorum Ecclesiasticorum &c. Item
 quæ ad iurisdictionem Episcopalem pertinent, ut Contro-
 versia Clericorum omnium tam civiles & criminales, quam
 rituales, Laicorum spirituales causæ, & tandem quæ ad
 titulum seu dignitatem spectant, ut tituli dignitatis illustri-
 orum, privilegia, immunitates & securitates episcopales, de qui-
 bus Dom. à Sessendorff in Teutschen Fürsten Stat. part.
 11. Laur. Ohm. de Iure Episcopali th. 15. & seq. &
 Teberus de Iure consistoriar. cap. 7. per tot. plur. vid. per
 consistoriales expediunt. 17) Cum itaque ad iurisdictionem
 Episcopalem pertineant etiam emendæ, satisfactiones,
 & c. Ecclesiasticæ, sine ulla sanguinis profusione insligen-
 tes, (de rigore enim canonum poenam sanguinis irrogare
 Ju

Iudici Ecclesiastico non convenit. c. inter 33. q. 2. c. non homine
X. de iudiciis, c. clericis c. penult. X. no Clerici vel Monachicap. ult.
eodem in Gro. Weberus de iuro Confistorior. sect. 26.) in proptatulo e-
rit impositione pœnit: Eccl. illuc esse referendam, ut patet ex
Rescripto Electorali Saxonico, quod refert Carpzov. l P. Con-
sist. lib. 1. def. 4. n. 13.

- 18) Quod autem dictum est, vigore Iuris Episcopalis
 cognitionem esse penes jura territorii habentem, id intelli-
 19) gendum est, procedere *regulariter*. 19) In primitiva Ecclesia,
 quis nescit imperium seu τὸ κράτος fuisse penes Imperatores
 Ethnicos, potestatem tamen excommunicandi pœnitentiam-
 que imponendi exercuisse *Christum* humani generis Servato-
 rem & *Apostolos*. Sic Paulus 1. *ad Corinth. 5. v. 4.* Incestuosum
 illum Corinthium ab Ecclesia in nomine Domini nostri Iesu
 Christi congregata tradi vult Satanae ad interitum carnis, ut
 Spiritus salvus sit in die illo Domini Iesu, & sceleratum illum
 tolli ex illis, vicissim 2. *ad Corinth. 2. v. 6.* eundem pœnitentem
 recipi etiam vult ab Ecclesia, eique condonari, & quidem
 cum consolatione, ne quo modo redundante tristitia absor-
 beatur, sed rata fiat in illum caritas, Zepper. *de Polit. Eccles.*
lib. 1. cap. 16. n. 14. Habuerunt itaque Christi Discipuli ejusq;
 Successores in illa Republica *exercitium* Jurisdictionis Ec-
 clesiasticæ, quamvis re penitus ponderata dici nequeat,
 Ius supremum tunc temporis ipsos habuisse. 20) *Hodie* sunt in
 20) nostra Republica, qui destituuntur Superioritate terri-
 toriali, nihilo tamen minus jura Ecclesiastica exercent,
 & per consequens pœnitentiam publicam statuunt. NOBLES
 IMPERII IMMEDIATI die Freyen von Adel/ die
 Freye Ritterschafft/ welche ohne Mittel der Kaiserl. Ma-
 jestät/ und dem Reiche unterworfen. R. Abs. 31. Auspurg
 Anno 1555. S. Und in solchen Frieden/ neque Status Impe-
 rii sunt, ut patet ex declaratione Elect. & Statuum Catholic.
 Anno 1631. Diweil die Fränckische Ritterschafft weder

ein Stand des Reichs ist/nach in einigem vdligen Reichs) Deputation oder andern Conventibus sessionem noch vortum hergebracht / id quod etiam Protestantes in responso suo comprobantur verbis: Die Frey Reichs Ritterschafft in Francken/ob sie gleich nicht Reichs Stände/neque Superioritate territoriali, quippe quæ affectio propria, & essentialia consecutivum Civis Imperii est, sec. doctrinam Icti Strauchii, *Exerc. Exor. 4. sb. 22.* gaudent, prout pluribus solide examinata opinione contraria deduxit D. Simon de Juid. *Territor. cap. 4. §. 12.* Reinking *de Regim. Secul. & Eccl. lib. 1. d. 5. cap. 10.* præditi nihilominus sunt potestate circa sacra, non quidem jure Superioritatis reali, sed personali, vi investituræ & concessionis specialis, unde quoque Nobiles immediati gaudent beneficio Constitutionis de Pace Religionis, Reichs Abschied de Anno 1555. §. 26. Und in solchen Frieden sollen die freyen Ritterschafften/welche ohne Mittel der Kaiserl. Majestät/ und uns unterwerffen / auch begriffen seyn. cum quo concordat Instrumentum Pacis Osnabrug. art. 5. §. 10. *Libera & immediata Imperii Nobilitas omnia & singula ejus membra una cum subditis, & bonis suis feudalis & allodialibus vigore pacis religiosa, & presentis conventionis in iuribus Religionem concernentibus & beneficiis inde promanantibus, idem jus habent, quod supra dictis Electoribus, Principibus ac Statibus competit, nec in iis sub quoerunque pretextu turbentur aus impediuntur.* Nolden *de Nobilitate cap. 16. num. 154.* quibus sic stantibus in suo districtu Nobilis Imperii immediatus quilibet pœnitentiam Ecclesiasticam delinquentibus decernere potest. 21) Nonnunquam ipsis STATIBUS PROVINCIALIBUS vigore Instrum. Monast. Osnabrug. quamvis non sint Status Imperij vel immediati, sed subditi seu mediati facultas cognoscendi de causis Ecclesiasticis, & sic etiam censuram Ecclesiasticam imponendi comperit, scilicet illis, qui exercitium Religionis Augustanæ Confessionis liberum

liberum anno 1624. habuerunt, de quibus Instrum. Pacis art. 5. §. 12. Ita Catholicorum Landsasii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui sive publicum, sive privatam Augustana Confessionis exercitium Anno 1624. quacunq; anni parte sive certo pacto & privilegio, sive longo usu, sive longa denique observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam impostertum cum ANNE-
 XIS, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse, probari poterunt &c. addito in eod. articulo, ne quisquam à quocunque ulla ratione modoq; turbetur, Confer D. Simon de Jure emigran-
 22 di cap. 2. per eos. 22) quæ ANNEXA, teste Domino Præside in peculiari consultatione, Utrum cognitio rerum Ecclesiasticarum semper sit penes jura territorii habentem ib. 9. nihil aliud sunt, quam quædam, eaque palmaris juris Episcopalis particulæ, prudentique consilio dicto Instrumenti articulo insertæ, ita ut asserendum sit, etiam in eorund. casibus jura Patronatus habentes jura Episcopalia rectè exercere, quod aliàs dictu sit
 23 difficile, Vid. D. Præsides d. l. ubi per totum disserit 23) Nobiles Augustanæ Religionis addictos, si habeant jus Patronatus atque Subditi sint Principis Pontificie religionis addicti, jurisdictionem Ecclesiasticam posse exercere, cum enim aliquid habeant ad præcedentia, (scil. jus exercendæ religionis) censeantur etiam habere sequentia, per quæ devenitur ad illa, textus est in 62. ad rem mobilem ff. de Procurat. l. ad Legat. 56. eod. tit. ibique Paul. de Castrens. & Gl. Atque vigore istius §. Statibus Provincialibus Episcopatus Hildesienfis Consistoriû Lutheranum, cum in anno 24. tale, inque eo Consiliarios & Assessores habuerint, ipsis inter Annexa restitutum est, non attento, Status Provinciales aliàs juris Territorialis non esse capaces, VVehner in Observat. Pract. verb. Landsasieren.
 24 24) CIVITATES MUNICIPALES nonnunquam ex singulari Principis concessione, longæva consuetudine vel præscriptione, jura quædam particularia Episcopalia vel Ecclesiastica possidere deprehendimus, Magnif. Dn. Struv. in Synr.
 Feud.

Ferd. Cap. 6. apb. 17. n. 7. Si v.g. Magistratus in Civitate Municipali habeat facultatem vocandi & investiendi ministros Ecclesie, suspendendi & deponendi ab officio Ecclesiastico, poenitentiam Ecclesiasticam imponendi in delictis ad Senatus jurisdictionem spectantibus, eamque in multam commutandi, ubi tamen Senatus Municipalis cum Ministerio civitatis plerumque consultat, ex ipso horum actuum exercitio, praescriptione temporis immemorialis firmato, jus quoddam firmissimum acquisivit, nam tempus immemoriale habet vim privilegii & concessionis, & est loco tituli, Sixtinus *de Regalibus lib. 1. c. 5. n. 140.* Gabriel. *lib. 5. de praeser. concl. 1. n. 44.* 25) Ictus Mevius *p. 2. decis. 305.* ponderosis rationibus deducit, Quod etiam Civitatibus Principi Subditis vel Municipalibus aliquid Jurisdictionis Ecclesiasticae competere possit, si vel Civitates Municipales coepta post lucem Evangelicae veritatis Religionis reformatione, non expectata Principum providentia, aliqua ex iis, quae ad Sacra spectabant, emendare coeperunt, & ex illis quae Ecclesiasticae curae atque potestatis antea fuerunt, aliqua ad se traxerunt atque in eorum possessionem venerunt, qui occupationis titulus non est injustus, sed per leges Imperii approbatus. Mevius *dist. decis. n. 15. & 16.* 26) Nam Pacificatio Religiosa inferioribus Magistratibus jus & possessionem in Ecclesiasticis non eripuit & generalis Jurisdictio Principum, quam in causis Ecclesiasticis & Spiritualibus habent, non potest quicquam derogare in iisdem causis acquisita & habitae jurisdictioni minorum Magistratum, ut latius deducit Cothmann. *Vol. 4. Respons. 33. n. 39. & 42.* Imo rerum experientia comprobatur, quod de jurisdictione Ecclesiastica, quae principio penes solos Principes fuit, progressu temporis aliquod jus in Ecclesiasticis ad inferiores Magistratus translatum sit, Cothmann. *dist. Respons. n. 51.* Vel si Civitates Municipales privilegiis, antiqua consuetudine pactis vel trans-

actionibus jura quædam Ecclesiastica acquisiverunt & ex-
 27ercuerunt. Mevius *diff. l. n. 21. & 22* 27) cum extra dubium
 sit, per privilegia etiam cedi ea posse, quæ sunt jurisdictionis
 Ecclesiasticæ, Heigius *Conf. 51. n. 239.* (quod est inter Consilia
 Klockii) & per consuetudinem antiquam ac præscriptionem
 sæpius acquiri, Heigius *d. l. n. 140.* ubi addit, quod inter su-
 periores & inferiores Magistratus prima jurisdictionis re-
 28gula debeat esse Consuetudo. 28) Porrò cum in Imperio no-
 stro etiam IUDÆI à Statibus Imperii vigore Regalium &
 Superioritatis Territorialis recipi, Ordio. Polit. *de anno 1548*
& 1577. tit. 20. Von Jüden und ihrem Bucher/ atque cer-
 tis conditionibus & legibus tolerari possint, Mylerus ab
 Erenbach *de Principibus & Stat. Imper. part. 2. c. 60. n. 5.* Braut-
 lacht *in epitom. Iprud. publ. lib. 4. cap. 8. §. 8.* quo jure hodie etiam
 Nobiles immediati ex privilegio gaudere testatur Dom.
 29Frítéschius *in manuali Jpr. publ. p. 230.* 29) (concesserunt enim
 Imperatores Judæis securitatem in profanis *l. 6. C. de Pagan.*
 atque etiam quoddam quasi regimen in Synedriis & Primate-
 tes *l. 17. C. de Judæis.* Seniores *l. 15. C. eod.* libertatem in suis o-
 pinionibus, facultatem circumcidendi proprios liberos &
 privilegia feriarum *l. 2. C. de Judæis.* Tabor *de Metat. pag. 242.*
 concesserunt ipsis Synagogas, quas Christiani destruere ve-
 tantur *l. 14. t. 19. §. 1. C. de Judæis.* sunt autem Synagogæ Do-
 mus congregationis, & respondent templis & Ecclesiis, in
 quibus conveniunt ad publicas preces faciendas, lectiones
 sacras ex lege & Prophetis peragendas, conciones audien-
 das, & reliqua sacra administranda, quæ olim in templo
 peragi solebant, prout Buxtorff. *in tract. de Synagog. Judaic.*
 30Cap. 8. eas describit) 30) proinde concessa quoque iis est
 potestas juxta illorum morem & ritus pœnitentiam quan-
 dam ex consortio Judæorum delinquentibus imponendi; con-
 cesso enim antecedenti, concessum quoque videtur conse-
 quens; Barboz. & Tabor *in Loc. Comm. Cap. 66. Axiom. 3. & cum*
 sc-

Sceptro & regimine pridem destituti omnemque in corpus
 & vitam judiciorum potestatem amiserint, Reinking *de Re-*
gim. sec. & Eccles. lib. 2. clasf. 2. cap. 3. n. 38. imponunt iis, qui
 peccaverunt peculiarem pœnitentiam, quæ illis subeunda
 est, Buxtorff. *dict. lib. cap. 47.* 31) uti ex Dn. Ernesto Zar- 31
 vossi, converso Judæo, atque olim apud suos magnæ auto-
 ritatis Rabbi, heic loci jam degente, relatum accepimus, scil.
 hodiernum moris esse apud Judæos, ut si ratione pœnæ Ec-
 clesiastica quid sit statuendum, nunciatur hoc Rabbi Syna-
 gogæ, qui porrò ad supremum in Circulo Synagogæ Rab-
 bi, qui in Franconia residet Francofurti ad Mœnum, in Bo-
 hæmia Pragæ, in Polonia magna Posonia, & vocatur *Rosch-*
hagschiro, Obrister Rabbi, qui genus & modum pœnæ de-
 finit ac rescribit, ut illa in loco inferioris Synagogæ execu-
 tioni detur, plura de ritibus eorum vid. infra in Cap. 5.
 32) Ex supra dictis inferre licet, quod qui non habent jus 32
 circa sacra, vel jurisdictionem Ecclesiasticam, sive jure pro-
 prio sive ex concessione, imponere haud valeant pœniten-
 tiam Ecclesiasticam. Proinde illam etiamsi in civitate vel
 pago aliquo jam antea usitata & consueta fuerit. 33) SUPER- 33
 INTENDENS sive Inspector absque præscitu Consistorii
 (quod judicium mixtura est, ex personis Ecclesiasticis &
 Politicis constans) imponere nequit, de quo in terris Electo-
 ratus Saxonie clarissima est sanctio in decreto Synodali de
 A. 1624 §. Und nachdem wir vermercken ic. verk. Wo
 aber das Abbiten von der Cangel/ item das Knien vor
 dem Altar/ das Stehen vor der Kirchen/ und dergleichen
 längst üblich gewesen/ da sollen dennoch die Pfarrer für
 sich selbst solche Straffe niemals anordnen/ sondern alle
 Fälle an ihre Superintendenten/ und dieselbe hinwieder
 an die Consistoria berichten/ welche Macht haben sollen/
 nach Befindung der Verbrechen und Verschaffenheit der
 Sachen/ eine solche Kirchen-Busse zu verordnen; Im-
 p-
 sio.

- positio enim censuræ cum veniat ex jurisdictione Ecclesiastica, quâ destituuntur Superintendentes, Carpz. *Jprud. Eccl. lib. 3. tit. 1. def. 4. n. 12. & 20.* quippe qui respectu Juris Episcopalis pure executivè se habent. 34) multò minùs pœnam decernere poterunt, qualis est pœnitentia Ecclesiastica, non quidem in se & suâ natura, eatenus enim actio & virtus, non autem passio & pœna est, quin actus Ecclesiasticus & pœnitentialis, qui emendat scandalum, corrigit peccantem, eluit facti vitium, ideoque medicinalis potius, quàm pœna, Mevius p. 6. *Decis. 357.* sed per accidens & propter ritus & ceremonias illius actûs, quæ pœnitentiales sæpius graviter afficiunt & affligunt, Keslerus in *Cas. Consc. Cap. 2.* Rebhan
- 35) *im Bericht von der Kirchen-Busse cap. 2.* 35) Nec minus rationis est, ne Ministri Ecclesiæ affectibus nirpium indulgentes severiùs, quàm par est, in delinquentes animadvertant, ac in Consistoriis accuratior causæ cognitio institui possit, num scil. pœnitentia publica delinquentibus imponi debeat; Carpz. *lib. 3 Jurisprud. Consist. def. 85. Ubi numero 13. ad relationem à Superintendente Chemnicensi d. 10. Julii A. 1610 factam, Serenissimum similem in modum rescriptissè refert.* 36) Si igitur Superintendens absque præscitu & mandato Consistorii imponere non poterit istiusmodi pœnitentiam, in illo loco ubi usu jam recepta est, multò magis dicendum erit, Ipsum, quia non est Dominus, sed Minister Ecclesiæ, hanc censuram publicam de novo non posse introducere absque decreto Consistorii vel Episcopi in loco, ubi aliàs nunquam obtinuit. Carpz. *Jurisprud. Eccl. lib. 3. tit. 7. def. 84.* Novos enim ritus Ecclesiasticos ne Superintendentes nec Inferiores Magistratus (imò nec ipsa Consistoria absque Superioris auctoritate) introducere possunt, Erasm. Brochman. in *art. de*
- 37) *Libert. Christian. cap. 3. Cas. Consc. 1.* 37) Nam ipsa pœnitentia publica, quoad ritus & ceremonias, non est simplicis & absolutæ necessitatis, nec substantiam pœnitentiæ intrat, sed est

ex numero eorum, quæ dicuntur adiphora. Rebhan von der
 Kirchen-Busse/c.9. 38) Et pertinet hæc potestas in Eccle- 48
 siæ Augustanz Confessionis ad Principes jura Episcopalia
 possidentes, qui consultis denique verbi divini Ministris &
 convocatis Ecclesiæ ordinibus, cum eò cautiùs procedendù
 sit in aliquo negotio, quò majus periculum vel scandalum
 inde videtur imminere, cap. ubi pericul. X. de Elect. in 620.
 & ubi novitas suspecta est, Balduin. de Cas. Consc. lib. 4. cap. 11.
 cas. 1. hac in re certo quid statuere & decernere valent. Rein-
 king de regim. secul. & Eccles. lib. 3. Class. 1. c. 4. n. 10. & 17. Henn.
 Arniseus de Iuribus Majest. cap. 6. n. 12. Carpz, Jurispr. Consi-
 st. lib. 2. tit. 15. des. 2. 47. & seqq. 39) Quid ergo judicandum sit, si 39
 PASTOR & Sacerdotes proprio motu absque relatione ad
 Consistorium facta, pœnitentiam publicam imponant, faci- 40
 le ex præmissis constat; 40) Licet enim monere, reprehен-
 dere, vitiaq; suppresso nomine, decenti & moderato pietatis
 zelo taxare, ipsis sit concessum, Dei quippe Oratores sunt &
 mandatarii, cujus vicem in terris respectu prædictorum a-
 ctuum apud Reges quoque & integros populos repræsen-
 tant. Simon in dissertat. d. Ad. injur. Sacerd. concern. membr.
 2. ch. 3. Fürstl. Magdeburgische Kirchen-Ordnung Cap. 22 §. 18.
 Zumassen auch sonst/wann ein öffentlich Gerichte von ei-
 ner Person Laster erschallet und lautbar würde/welches doch
 noch ungewis und unbekant wäre/der Prediger dieselbe nicht
 mit Nahmen auf der Cankel nennen/viel weniger in Bann
 thun/oder damit betrauen soll/sondern das ruckbare Laster
 ernst- und bescheidenlich straffen/und sich bey der hohen Lan-
 des-Obzigkeit durch die Gerichte-Herren/ ob es gleich
 facinus notissimum, Bescheides erholen. Non tamen ius-
 dem licet pœnitentiam publicam propria autoritate decer-
 nere; Sed hujus impositio ex Principis Territorialis vel ejus
 Consistorii cognitione & mandato dependet. Fürstl. Magd.

Kirchen-Ordnung / l.c. §. 19. Würde es nun daselbst für of-
 fenbarlich erkant/oder vor der Welt. Obrigkeit ausführlich
 gemacht und erwiesen/ so erfolget also denn hierauf/iedoch
 mittelst der hohen Landes-Herl. Obrigkeit Erkantnis und
 Befehlliches/ die offenbare Kirchen- Busse oder Straffe.
 Id quod & Ord. Eccl. Vinar. c. 28. § clarissimis disponit verbis:
 Damit auch der Sachen nicht zu viel oder zu wenig geschehe/
 so soll kein Pfarrer noch SUPERINTENDENS
 befuget seyn/vor sich und aus eigener Willkühr diese öffent-
 liche Kirchen-Busse und Abbitte iemand aufzuerlegen/viel
 weniger aber an denen Orten/oder auch in denen Fällen/da
 solche zuvor nicht gebräuchlich gewesen/ anzuordnen/son-
 dern do an einem oder andern Orthe derer etwas sürgehen/
 und die sündhaffte Person/sich bey ihrem Pfarrer um Auf-
 nehmung in den Beichtstuhl anmelden würde/so soll er es an
 seinen Superintendenten/und derselbe ferner an das Consi-
 storium gelangen lassen. 41) Ita ut si contra faciat Sacer-
 dos atque ex privato affectu in suggestu nomine expresso
 aliquam certam personam alicujus criminis arguat vel in-
 juriosis verbis perstringat, non solum actione injuriarum
 conveniri, Magnif. Struv. *Synagm. Jur. Civilis. Ex. 48. tb. 55.*
Hahn ad Vvesenb. ad Tit. de Injur. n. 5. pag. 474. Matth. Berlich.
part. 5. concl. 59. n. 31. & concl. 60. n. 8. sed etiam à Consistorio
 arbitraria pœna affici possit, prout Superintendenti Frei-
 bergensi d. 5. Mart. 1619. rescriptum esse asserit Carpz. *Juris-*
prud. Consist. lib. 3. tit. 7. def. 84. n. 12. So ist an statt hochge-
 dachtes unsers Gnädigsten Herrns h. mit unser Begehren/
 Ihr wollet bemeldtem Pfarrer zu X. bey Vermeidung des
 Ober-Consistorii Straffe auferlegen / solche Kir-
 chen-Busse ohne des Synodi Erkantnis iho und künfftig
 gleichfals einzustellen/im gegenfall tiehe man es bey der al-

ten herkommen verbleiben. 42) Quod si dicas ministrum Eccle-
 siae ritè ordinatum Christi esse discipulum, imò nuncium &
 mandatarium; Jam autem Servatorem multoties publicam
 poenitentiam peccantibus imposuisse, Ergò etiam ipsius
 Ministro id ipsum licere; Verùm Respondetur: Christi exem-
 plum huc non quadrare, cum ipse esset summus Ecclesiae Epi-
 scopus & Pastor, Bebelius in *Amiquitatibus Ecclesiae* p. 731. à nullius
 Consistorii Eccl. sialtici mundani directorio dependens, vid.
 Do. D. Simon. *cis. disert. 23. membr. 2. sb. 4. 43*) Tandem PA-
 TRONUS, qui regulariter tantum Jus præsentandi & nomi-
 nandi ministrum Ecclesiae, ad hoc, ut ab Episcopo ad munus
 Ecclesiae vocatus instituatur, Unrath *de jure Patronatus Ec-
 clesiastico memb. 2. sb. 4. §. 1.* non autem Jus Episcopale habet,
 Matth. Welsenb. *p. 1. Conf. 48.* Steph. *ad Novell 57. n. 12.* Juris-
 dictionem aliquam ex eo jure sibi asserere non potest, quia
 Jus patronatus cum jurisdictione Ecclesiastica nihil commu-
 ne habet, nec patrono ex solo patronatus jure, jurisdictionem
 competere certum est, *c. quaecunque 2. c. cum Laici 10. X.*
de jure Patron. Cothmann. *vol. 4. Resp. 33 n. 20.* Carpz. *Iprud.*
Eccles. lib. 1. Tit. 2. des. 13. confer Befold. *in thes. præd. sub vocab.*
Kirchenpat. 44) Testatur tamen experientia, Patronos non
 raro ea, quæ indubitatè juris sunt Episcopalis, injurià usur-
 sare; Hinc si Patronus audeat Pastori suo injungere, ut
 imponat poenitentiam publicam, & hic monita ipsius se-
 quatur, incurrit poenam arbitrariam, una cum Pa-
 store, quæ in levioribus naxis vel impositione carceris *Miß-
 Prießterlichen Gehorsam*/de qua *confer. cap. 7. cum Episcopus,*
de offic. ordinar. in Sexto, vel multa pecuniaria coerceri solet,
 Carpz. *Iprud. Consist. lib. 3. tit. 10. des. 113. n. 11.* 45) & hoc de-
 leratur ad Consistorium, litteris monitoriis & mandatis per-
 talibus; dehortetur utrumque, neque pareatur, tunc contra
 Patronum ob abusum illius juris ad privationem juris Pa-
 tronatus, & contra Pastorem ad suspensionem & remotio-

- nem ab officio, præcedente causæ cognitione & servato juris ordine, Reink. *d. Rej. sec. & Eccles. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 14.* Gerhard. *in loco d. ministerio Eccles. §. 175.* procedi posse, non absolum est, cum expediat Reipublicæ, ne quis jure suo malè utatur, *arg. §. 2. Instit. de his qui sui vel alien. & jurisdictio Superioris actibus istis turbativis violetur.* Cæterùm judicis erit circumstantias & facta causarum exactè examinare, nec aut clementiæ, aut severitatis gloriam affectare, sed perpensò judicio, prout quæque res expostulat, statuere, ne quid durius aut remissius constituatur, quàm causa deposcit *l. 18. ff. d. penis. 46.)* Ultimo loco notandum est, si inter quosdam sit controversia circa Jura Ecclesiastica, & interea contingat, ut peccatori sit pœnitentia imponenda publica, tunc ab eo imponi posse, qui in possessorio est, quia præsumtio est, ipsum jure possidere *l. 2. C. d. Probat Mascard. de prob. vol. 3. concl. 196. & nemo possessione sua sine causæ cognitione privandus l. 5. ad Juliam de vi publica.* Dn. Struv. *Syntag. Jur. Civil. Exere. 42. th. 23.* 47) Quod si in isto judicio nondum res decisa sit, aut possessionem vel quasi Jurisdictionis Ecclesiasticæ adhuc nullus probaverit, tunc sine vitio attentati neutri litigantium hæc potestas concedi potest; Sed in iis causis, quæ moram patiuntur, interim est suspendenda. Nam jurisdictio controversa, nisi quis in possessione existat, quiescit, donec super illa lis decisa fuerit, Mevius *part. 3. decis. 114.* 48.) In aliis causis quæ moram non patiuntur, Judex Superior eam interim exercere potest, Mevius *Part. 4. decis. 160.* & si inter duos lis ventiletur Immediatos, 49.) Camera Imperialis ad quam quidem cognitio in Ecclesiasticis & spiritualibus causis non spectat *Ord. Camer. part. 2. tit. 1. Michaelis de jurisdict. th. 39.* Dn. Strauch. *Dissert. J. P. 13. th. 6. & seqq.* in Judicio possessorio tantùm decernit, hoc enim non est quid spirituale, sed temporale, Gail. *lib. 1. Objerv. 38. n. 3. 4. & magis*

gis facti, quàm juris, *l. possessionem 19. ff. de acquirend. possess. &*
nihil commune habet proprietas cum possessione l. natura-
liter 12. §. nihil commune ff. de acquir. possess. 50) Simili modo 50.
 cognoscit Camera Imperialis, si quæstio super re spirituali
 mota consistat in factò, Michaelis *de Jurisdic. sb. 41. Blum.*
in Process. Camer. tit. 43. §. 18. 19. & 20. Nam manutentio
 non solum datur in profanis & in re seculari & inter lai-
 eos, sed etiam inter personas Ecclesiasticas & in beneficia-
 libus, Ecclesiasticis, & spiritualibus. Postius *de Manut. Observ.*
10. n. 88. Afflict. accis. 78. Thesaurus decr. 82. n. 2. & seqq.

CAPUT III.

examinans

Subiectum Cui, seu Quibus Personis possit imponi pœn. Eccles. & quibus non.

- I. Imponitur in genere non nisi pœnitentibus, quibus secularis pœ-
 na est imposita. II. Distinguuntur personæ vel ratione sexus, vel
 respectu ætatis, vel ratione dignitatis. III. Nullus debet esse per-
 sonarum respectus IV. Nobiles in pœnis arbitrariis mitius puniri
 quàm plebejos concludit Tiraquell. V. Quod si tamen dignitas
 auget delictum, tunc pœnam exasperat. VI. in pœnis non ar-
 bitrariis in Nobilibus idem rigor observandus, quàm in ple-
 bejis, VII. nisi forsàn justa aliqua vel urgens causa remissio-
 nem svadeat, IIX. Nobilium nomina sotriuntur omnium or-
 dinum Principes. IX. Inter personas illustres eminet Princeps
 seu Imperator. X. Inter omnia istius pœnitentiæ Exempla il-
 lustrius nullum est pœnitentiã, quam tempore S. Ambrosii se-
 culo quarto exeunte Theodosius Magnus seu Senior egit;
 quæ historia refertur. XI. allegatur lex Theodos. qua exe-
 cutio sententiæ, si de vita alicujus agitur, per triginta dies
 differtur, quibus elapsis edictum revidendum XII. Philippus
 Arabs Imperator factus egit pœnitentiam. XIII. quod privati
 erubescunt, hoc non erubuere Imperatores publicè agere pœ-
 nitentiam. XIV. proinde Nobiles regulariter à deprecatione

non sunt immunes, per rationes. XV. Dispensatione speciali publica deprecatio Nobilibus remitti vel saltem in multam pecuniariam converti potest. XVI. pro gravitate tamen delicti, & ne alii scandalizentur, Princeps melius facit imponendo, quam remittendo. XVII. Clerici vel Sacerdotes in veteri Ecclesia ad publicam pœnitentiam non admittebantur, & cur. XVIII. Constantini Imper. dictum de Clericorum pœnitentia. XIX. De Jure Canonico taliter pœnitentes manent infames & inhabiles, nec ad ordines sacros possunt promoveri. XX. Non tamen Clericos in veteri Ecclesia, cum enormiter peccassent, exemptos fuisse ab agenda pœnitentia existimandum est, tribus enim modis in crimina eorum animadvertebatur. XXI. Hodie etiam Clericis graviter delinquentibus publicam pœnitentiam decerni in Consistoriis experientia testatur. XXII. Nisi enormissimum sit delictum vel atrocius, circa ritus mitius cum Pastore agendum. XXIII. Deprecationi publicæ similis est actus ille, quando Minister Ecclesiæ, qui limites officii elenchici excessit, adigitur ut excessum publicè agnoscat. XXIV. Juveni olim non poterat imponi pœnitentia publica. XXV. Hodie pro delictorum circumstantiis, & si ætas doli capax videatur, imponi potest. XXVI. Moribundum, qui in gravibus peccatis usque ad instar suæ mortis vixit, Veteres ad pœnitentiam Ecclesiasticam admittere dubitarunt. XXVII. Medium quoddam temperamentum observandum statuit M. Anton. de Dominis. XXVIII. Hodie si facinorosus ægrotet, periculumque mortis instet, medio sacræ communionis non privandus per ordin. Ecclesiast. XXIX. Absolvendus est cum reservato, ut si resipuerit, pœnitentiam publicam peragere ipsum oporteat, XXX. Minister Ecclesiæ in pagis in tali casu, antequam ad Superintendentem vel Consistorium referat casum, moribundum potest sacræ Cœnæ participem facere. XXXI. Sequuntur personæ, quibus non possit imponi pœnitentia. XXXII. Furioso, cum non habeat animi destinationem, non est imponenda. XXXIII. Nisi habeat intervalla, & tunc rectè imponitur. XXXIV. Philtrato, v. g. mulieri, si ex nimio amore per philtrum causato, amanticiopiam sui fecerit,

pœna Ecclesiast. in eodem rigore non venit imponenda. XXXV neque ex dolo scortatrix vel meretrix vel turpis persona dici potest. XXXVI. Qualis increpatio vel correctio adhibenda sit, arbitrio iudicis committitur. XXXVII neque Melancholico imponenda est. XXXIX. Tres Gradus Melancholitz sunt discernendi. XXXIX. Melancholici primi gradus à pœnitentia publica non sint immunes XL. Melancholicis secundi gradus non imponenda, sed pro conditione personæ & delicti in pecuniariam converti potest. XLI. Num autem quis sit Melancholicus, consilia Medicorum requirantur. XLII. Vi stupratæ pœnitentia ecclesiæ imponenda non est, quia contra voluntatem suam per vim stuprum passa. XLIII. Nonnulli Jcti statuant, per vim stupratæ sertum vel coronam in capite gestare licere, quibus contrariatur Carpzov. XLIV. Diffamato, non tamen confesso, neque de crimine convicto, pœnitentia imponi nequit. XLV. Non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminofus. XLVI. Inquisitus pendente processu ad usum S. Cœnz absque deprecatione publica admitti debet. XLVII. in foro soli nemo alicujus delicti condemnari debet, nisi confessus aut convictus fuerit. XLVIII. Quæ multo magis in foro Ecclesiastico obtinent, quia ibi de majore animæ nempe præjudicio agitur. XLIX. Dnn. Theologorum VVittebergensium de calu quodam gravissimum judicium adducitur. L. si tamen magna indicia contra Inquisitum militent, ministro Ecclesiæ facta est, post concionem habitam monere Auditores, ne pendente processu sinistram concipiant opinionem, l. scandalum arripiant.

Personæ, quibus imponitur Pœnitentia Ecclesiastica, 1.) in genere sunt POENITENTES, quibus secularis pœna est imposta, & qui fuerunt excommunicati; S. M. R. D. cap. 22. §. 7. ibi. Darunter gehören diejenigen / so in denn Bann gethan und aus der Christl. Gemeinde sind ausgeschlossen worden / und sich wiederumb bekehret haben / seriam postea pœnitentiam internam agentes, atque sacra cœna uti volentes. Illud scandalum toti Ecclesiæ datum parvi æstimandum haud est. si-

- quidem Christus etiam unum ex minimis offendenti melius
 2 esse judicat, si in mari submergeretur *Matth. 18. 2.*) Sunt
 autem vel ratione sexus tam *Masculi*; quam *Feminae*, vel re-
 spectu ætatis *Puberes*, vel ratione dignitatis & conditionis.
 3 *Nobiles* vel *Ignobiles* 3) Debet autem in judiciis tam *Secula-*
ribus, quam *Ecclesiasticis* nullus esse personarum respectus.
J. M. R. D. cap. 22. §. 11. Es soll aber mit der
 Anordnung der Kirchen= Bussse bey allen dahin gehörig-
 en Fällen durchgehende gleichheit gehalten / und ohne
 unterscheid und ansehen der Personen/sie sind Reich oder
 Arm / Hohes oder Niedriges Standes/solche erkand/und
 4 angeordnet werden. 4. *NOBILES* tamen in pœnis ar-
 bitrariis mitius puniri quam plebejos concludit *Andreas*.
Tiraquell Regius quondam in Curia Parisiensi Senator per l. 8.
pr. ad L. Juliam pecul. l. ult. §. 1. ff. d. incend. ruin. naufr. l. 4. §.
1. ff. eod. l. 6. pr. ibi humiliores ad opus publicum dari ff. d. extra-
ord. crimin. l. fin. ff. d. sepulch. viol. l. 1. §. 3. ff. d. abigis, l. 3. §. 5.
ff. ad L. Cornel. d. Sicar. adeo ut si propter delictum aliquod
ipsis decernenda sit incarcerationio, illa semper mitior lenior-
que esse debeat, l. 1. ff. d. custod. & exhib. reor. D. Richter de-
 5 *ci. l. 1. n. 129.* 5) Quod si tamen dignitas vel nobilitas au-
 get delictum, tunc pœnam exasperat, graviusque puniun-
 tur in dignitate constituti, sicut gravius peccant, præsertim
 si nimia reorum contumacia pœnæ mitigationem disvase-
 rit *cap. 2. in fin. d. offi. & potest. judic. delegat in 6.* hinc vitium
 graviore castigatione coercendum est, ut sint exemplo cœ-
 6 *teris l. 16. §. fin. d. penû.* 6) Si itaque pœnæ non sint ar-
 bitrariæ, sed certæ ex legibus vel statutis, tunc nullus res-
 pectus habendus erit, quin potius idem observandus pœ-
 7 *næ rigor tam in Nobilibus quam in plebejis: 7) nisi for-*
san justa aliqua vel urgens causa remissionem svadeat, quæ
tamen magis æquitatem quam gratiam in remittendo ar-
guat. D. Enoch. Glæser. Ius olim Helmsl. in dissert. de Gratia
delinquentibus facienda membr. 5. causa. 15. Andr. Tiraquell.

hic loco mitigationem non procedere vult, ubi statutum a-
 liquod expressè disponit, ut Nobiles gravius, quàm igno-
 biles puniantur, conf. Petrus Fritzius *de Nobilitate conclus.* 25.
 8) Nomina autem Nobilium fortiuntur omnium ordinum
 principes, rerumque potentes, Josias Nolden. *de statu Nobil,*
vil. cap. 1. concl. 4. D. Joh. Christoph. Becman. *d. notitia Di-*
gnitat. Illustr. diss. 11. *cap. 1. §. 3.* & licet hodiè majoris dignita-
 is titulo vocentur, attamen appellatione nobilium compre-
 henduntur *Per. de Andlo. lib. 2. de Roman. Imp. cap.* 13. 9) In-
 ter illustres istas personas eminent Princeps seu Impera-
 tor, nam ille olim non fuit immunis à pœnitentiâ ista
 publicâ. 10) Inter omnia istius pœnitentiæ exempla illu-
 strus nullum est pœnitentiâ, quam tempore S. AMBRO-
 II seculo quarto exeunte THEODOSIUS MAGNUS seu
 senior egit. (quam historiam, cum rarior sit, in gratiam
 gentium apponere non displicebit) *Contigit ea, cum Theo-*
sius Mediolanum abires, ibique ad sacra templorum vellet ingre-
di. Tunc verò S. Ambrosius extra vestibula templi obviam Theo-
do processit, eumque ingressum templum retraxit, & coram facie
ius Ecclesie hisce verbis obiurgavit: Quæ est ista seritas tua, &
confidens impietas, ut nihil vereris tanta cade hominum innocen-
tiæ pedes tuos pollutos in locum sacrum inferre: aut manus tuas
vere madentes adhuc & stillantes ad percipiendum sacratissimum
domini corpus extendere? osque illud tuum quo non clementiæ
verum quæ decet Imperatorem, sed & justitiæ oblitus sententiam
bestiæ, de erucidandis tot millium innocentissimorum hominum pro-
fuso sanguini Domini admoveat? Ab eas igitur, neque novo pecca-
augere tuam impietatem velis, nec serò detestæ disciplinam,
quæ in hoc loco exercere iussit Dominus. His auditis Theodosius,
à puero sacra erant innotuit & officia Sacerdotum à regio of-
fo rectè discernens, nazas, Ambrosio obsequi, vinculum accipit, à
templo recessit, & cum lacrimis & suspiriis Palatium suum reversus,
quæ per integros octo menses in luctu & squalore magna vi la-

erymarum peccatum suum deservit, donec Festum Natale Servatoris
 nostri adesset, quo praesente acerbius se vit. Accessit tandem Ruf-
 finus Aula Magister, qui quod Theodosio ab iniiciis esset, causam
 vos lacrymarum quaesivit, cui tamen peccator respondit, Ab Ruf-
 fine, Tu ludis, quia nescis in quanto malo verser, Ego verò gemo,
 quod cum hoc Festo liber & facilis aditus ad templum non tantum,
 sed ad ipsum calum locus sit praclusus. Recordor enim sententia
 Domini: Quod ligaveritis super terram, ligatum erit in caelis. Tum
 verò Ruffinus Imperatorem consolaturus inquit: Curram ad Epi-
 scopum, ei que supplicabo, ut à vinculis te absolvat. Respondit Im-
 perator: Sed tibi morem non geret Episcopus: Novi enim Ambro-
 sium, iustum & tenacem propositi virum, qui meae potestatis metu,
 legem Dei nunquam violabit. Instante tamen Ruffino & promittente,
 se Ambrosio pervasurum, ut absolveretur Imperator, tandem
 Theodosius abire illum permisit; imò ipse eundem ponè sicut sub-
 fecutus. Verùm Ambrosius viso Ruffino, statim haec ait: Tu Ruf-
 fine canis instar impudens videris: Tuo enim iustitiam tam crudelis
 laniena facta est; sed tu callum obduxisti, ut tanti facinoris te nec
 pudeat, nec pigeat. Nihilominus Ruffinus per omnia sacra pro Im-
 peratore intercedit, dicens, brevi Imperatorem ipsum adsuturum. Sed
 Ambrosius, ego, inquit, praedico, me illum ab ingressu templi pro-
 hibiturum. Si Imperium in Tyrannidem mutaveris, ego tubens mo-
 viar. His auditis Ruffinus nuncio misso Imperatorem monet, ut do-
 mi se contineat, cum Ambrosius in sententia sua persistat. Verùm
 Imperator jam in foro erat, & accepto nuncio aibat: Ego nihil-
 ominus ad Episcopum ibo, ut iustam eius & meritam censuram sub-
 eam. Veniente Theodosio Ambrosius in adicula saluatoria (hodie
 sacrarium dicitur, die Sacristey) & ad habendam concionem se
 preparabat. Verùm Imperator templum, patentibus januis, invito
 tamen Ambrosio, ingredi simul, itaque Ambrosium accessit. Hic v.
 adventum eius Tyrannicum duxit, & graviter in eum suis invehens;
 Cui Imperator: non veni, animo obstinato, sed per DEUM oro, ut
 me à vinculis solvas, & DEI clementiam tibi ob oculos ponas, qui
 JAN-

moam gratiæ pœnitentibus omnibus patefacit. Tum Verò S. Am-
 brosius: quam tu pœnam ages tam gravi scelere commisso? quibus
 mediis tam difficile vulnus curabis? Respondit Theodosius: Tuum
 Ambrosi, remedia ostendere, & vulnera mea obligare, mecum
 Tibi obtemperare, & remedia accipere. Ad qua S. Ambrosius;
 etiam Imperator per iracundiam peccasti, hac tua sit satisfactio:
 legem scribe, qua sententias omnes per iracundiam à te latas ir-
 ritas pronuncias. Et si de vita alicuius agatur, executionem senten-
 tiæ per triginta dies differ, quibus elapsis edictum tuum revide, &
 si iniquum censeas, confirma; sin minus, rescinde. Hoc consilium Theo-
 dosius supra modum placuit, ideoque sine mora legem huiusmodi scripsit,
 siquæ Imperio promulgavit. Latâ hac lege Ambrosius statim eum
 solvit, & ingressum templi permisit. Hanc historiam referunt
 Iulianus in *Tomemum lib. 5. cap. 17.* Ruffin. *lib. 2. cap. 18.* Theodoretus
 in *Hist. Eccles. cap. 17.* Dn. Hieronym. Kromeyer in *Hi-
 storia Eccl. cent. 4. pag. m. 167.* Chemnitzius in *manuscripto d. di-
 v. n. Ecclesiastica Veterum. M. Anton. Reiser in selner Antwelt-
 ung/wie es ledestmahl in der Kirchen Gottes ist gehalten
 worden. p. 451. & seq. 11.*) (Est hæc l. 13. in Codice Theodos. sic. de pœnit.,
 in Codice repetita prælectionis l. 20. ad quam vid. nos. Dionys. Gotbo-
 ldi, quam tamen Jus Canonicum, c. cum apud. 69. XI. qu. 3.
 viginti tantum dies restringit, Menoch. *lib. 2. arbit. quest.*
 334. n. 6. add. D. Simon de temporibus prescriptionum *th. 54.*
) Quod PHILIPPUS quoque Arabs, qui in Arabia natus, 12
 hæc Imperator Romanus factus, & ad Christianis-
 mum conversus, in loco peccatorum communi publicam
 pœnitentiam egerit, refert Eusebius, *lib. 6. Instit. Eccl. cap.*
Osiander cent. Inst. Eccles. lib. 2. cap. 33. tradit, quod
 ipse & Filius sub Fabiano Episcopo Romano lubentes
 hanc pœnitentiam in se susceperint. Exempla hæc
 sunt sine exemplis. 13.) Quod privati erubescunt, hoc non 13
 debent Imperatores publicè agere pœnitentiam.

Quibus exemplis præmissis, nulla dignitate, nec familia-
 ritate distanti verè pœnitentes commoveri debent, ne de

- præcationi publicæ sese subtrahant. Balduin. *de casibus conse. l. 2.*
 14) *cap. 12. cas. 3.* 14) Ut proinde NOBILES regulariter à de-
 precatione ista exemptos haud esse pronunciet Carpz. *lib. 3.*
lprud. Confist. tit. 7. def. 93. per rationes ibi adductas; quod hi
 mandatis Dei æque sint obligati, ac infimi plebeji ac rusti-
 ci, ut utique si ea transgrediantur & Ecclesiam publicè of-
 fendant, pœnitentiã verã opus habeant, si resipiscere velint,
 nec admittit pœnitentiã respectum personarum perinde, ut
 nec media & documenta pœnitentiæ circa subjectorum qua-
 litates varient, quia in foro poli diversus cessat personarum
 15) respectus. 15) Addit tamen Carpz. *dist. def. 93. n. 12.* dispen-
 satione speciali publicam deprecationem Nobilibus remitti,
 16) vel saltem in multam pecuniariam converti posse, 16) quia
 in pœnis arbitrariis sæpe ratio dignitatis habeatur, Friedlieb.
in Medulla Theol. in loco de discipl. Eccl. quest. 26. Pro gravi-
 tate tamen delicti, & ne alii scandalizentur, Princeps me-
 lius facere videtur, imponendo istam pœnitentiã, quam
 remittendo, siquidem pœnæ non facilè remitti debent, ne
 ad maleficia temerè quisquam profiliat *l. si operis 14. C. de pœnis.*
 17) 17) CLERICI vel Sacerdotes in veteri Ecclesia ad publi-
 cam & solennem pœnitentiã non admittebantur, & si
 quis fuisset admissus, non poterat fieri Clericus, quia olim
 non ob levia & quotidiana, sed atrocia delicta imponeba-
 tur Concil. Toletan. 4. *can. V.* Etiam graviter peccantibus
 rarò pœnitentiã publicam injunxerunt, imò expressè hoc
 prohiberunt Innocentius *l. epist. 1. Leo M. epist. 95.* & Concilia
 passim. Quod Clericis & Religiosis & Laicis insigniorit us,
 scandali evitandì causa, quod alii ex illorum impia vita ac-
 cipere possunt, publica pœnitentiã imponi non debeat, tradit
 Casista Angelus *d. Clavasio de pœnit. n. 4.* cum quo concor-
 dat Aftesanus *lib. 5. d. Cas. conf. tit. 35.* Huc pertinet 18) Vox
 Constantini tanto Imperatore digna: Wann ich sehe eis-
 nen Prister öffentlich sündigen / oder ärgerliche Unzucht
 begehen / so wolte ich meinen Kayserslichen Mantel nehmen /
 und

and ihu damit zudecken *can. 8. dist. 96.* rationem dat Jo-
 ann. Medina *d. pœnit. p. 207.* videlicet id ita fuisse sancitum
 propter dignitatem ordinis sacerdotalis, ne posset facile Sa-
 cerdotium in contemptum & irrisionem hominum veni-
 re, si viderent, Clericum talem pœnitentiam sustinere, &
 19) quia taliter pœnitentes Jure Canonico manent infames
 & inhabiles, ne ad ordines sacros possint promoveri *c. canones
 apud dist. 50. Lancel. in Institut. Jur. Can. lib. 1. tit. 25.* idè
 non convenit pœnitentiam hanc sacerdotibus injungere, *conf.*
 Gabriel Albaspinæus *lib. 2. observ. 34.* unde apud Cyprianum
lib. 1. Epist. 4. Basilides, cum in eo statu esset, sponte se Epi-
 scopatu abdicavit, quod sentiret peccata sua pœnitentiâ e-
 tendenda esse, & pœnitentes ab Episcopatu gerendo remo-
 veri debere D. Ziegler. *ad Lancell. lib. 2. tit. 5. §. 2. 20*) Non
 tamen Clericos in Veteri Ecclesia, cum enormiter pecca-
 runt, exemptos fuisse ab agenda pœnitentiâ existiman-
 dam est, tribus enim modis in clericorum crimina animad-
 verterunt, vel privatione communionis clericæ in perpetu-
 um; vel quod clericis privatim & secretim, eamque, non
 minus severam, quam publicam pœnitentiam imponent,
 et consuetas pœnitentiæ stationes cum cæteris lapsis
 non subirent in publico; vel clericum, qui enormiter pec-
 casset, in monasterium aliquod ad pœnitentiam tota vita
 pendendam, intruderent. 21) HODIE etiam Clericis
 graviter delinquentibus publicam pœnitentiam decerni in
 consistoriis experientia testatur. Bene hanc in rem D. E-
 rasmus Marbachius *ad Lev. 3. Comment:* præscribit Dominus
 sacerdoti sumtuosiores & operosiores hostias, quam vel
 incipit, vel privato homini, quia cum delinquit, gravius
 peccatum ejus censetur, tum propter officium & munus,
 quo alios antecellit (est enim imago Christi & interpre-
 tis) tum propter damnum, quod ex pravo ejus oritur
 exemplo: sicut illius pietas alios ad justè vivendum excitat,

ita vitia & peccata illis peccandi præbent scandalum. Quo-
circa tanto diligentius Ecclesiæ Ministris à peccatis caven-
dum, & sanctitati & honestati vitæ studendum, ut non so-
lùm voce & doctrinæ puritate, sed etiam exemplo & vitæ
integritate præluceant suis ovibus, quod & satis innunt
verba Ordin. Eccles. Elect. Saxon. art. gener. §. 16. Nam
Clericorum vita generare non debet Laicis scandalum, sed
præstare honestatis exemplum, *cap. ult. in fin. de vita & ho-
nestate Clericorum.* Ungeb. *ad h. r. & seqq.* Dedeken *Vol. 1.*
22 *Membr. 3. Sect. 1. n. 11. tit. vom Heiligen Predig. Ampt. p.*
ed. noviss. 78. Hæstamen casibus, 22) ubi à Consistoriis
imponitur pœnitentia Ministro Ecclesiæ, nisi enormissimum
commisum fuerit delictum & atrocius, circa ritus alios ob-
servandos mitius, ne Parochianis res nimis scandalosa vi-
deatur, ex dispensatione quadam procedi posse, rationis est;
ita ut à Consistorio formula præscribatur, quæ finitis con-
svetis precibus ab eo, qui concionem tunc temporis habet,
prælegatur. Præsertim si aliàs vitam piam ac minus scan-
dalosam egerit, atque ex imbecillitate humana, insidiis Sa-
tanæ, lapsus talem passus fuerit, meritò ob vitam ante actam
à regulis juris ejusque rigore recedendum est, uti responsum
esse à Maxim. Rever. Facultate Theologica Jenensi 1659. ha-
23 betur in Append. Dedekenni. *pag. 636 23*) Deprecationi pub-
licæ similimus est iste actus, quando Minister Ecclesiæ, qui
limites officii elenchici excessit & populum seditiosis con-
cionibus ad morus contra Magistratum excitavit, adigitur,
ut excessum publicè agnoscat, mentemque suam præviâ ad-
hortatione de præstanda Magistratui obedientia, pro con-
cione declaret. Ac certè hoc ipso minister Ecclesiæ quos an-
tea seditiosis concionibus seduxit, non modò in viam veram
reducit, sed etiam sibi ipsi prospiciens sinistram suspicionem
à se avertit, & reconciliatus Ecclesiæ conscientiam suam
24 pacatam reddit. 24) JUVENI olim non poterat impo-
 ni

ni pœnitentiâ Ecclesiastica publica, qua de re in Concil. A-
 gathensican. 15. ita sancitur: Juvenibus non faciliè pœniten-
 tia debet committi propter ætatis fragilitatem, h. e. quia
 facile recidunt; Interim quibus publica pœnitentiâ in Ec-
 clesia negabatur, his ordinarium remedium contra peccata,
 etiâsi gravia, relictum erat, interna coram Deo pœnitentiâ,
 cui postea Ecclesiastica accessit, verùm non in publico, sed se-
 creta peragenda, B. Chemnit. in libell. d. Disciplin. Eccle-
 siast. Veter. Christianor. tit. de exclusis à publ. pœnit. 24. 25) 25
 HODIE pro delictorum circumstantiis & si doli capax vi-
 detur juvenis, ipsi imponi posse pœnitentiâ existimandum
 est; sicut & in Consistoriis attenditur, num ad annos discretio-
 nis venerint ejusmodi personæ, & num ad sacram Synaxin
 admittantur; quare cum Infantes ac pueri antequam plenum
 rationis usum assecuti fuerint, à Sacra Cœna arcendi sint, do-
 cente D. Georg Rœntig in cas. consc. cap. 6. cas. 6. p. 477. Dede-
 kenn. vol. 1. Tit. von Heiligen Nachtmahl 168. 6. n. 1. p. ed.
 noviss. 602. neque & ipsi centuræ huic Eccles. subjec-
 bunt. 26) MORIBUNDUM, qui hætenus in gravi- 26
 bus peccatis sine ulla etiâ interna pœnitentiâ usque ad in-
 star suæ mortis vixit, veteres ad Ecclesiasticam pœniten-
 tiâ admittendum esse dubitarunt, quia in ejusmodi pœ-
 nitentiâ duo imprimis fuerunt, scil. quod pœnitens per a-
 liquot sæpè annos prohibeatur à communione, & quod ei
 variæ satisfactions Canonica fuerint impostæ, quorum
 neutrum circa jam jam moriturum habet locum. Nonnul-
 i piùm esse duxerunt, atque auctoritatem Patrum allegarunt,
 moribundis pœnitentiâ injungere. Circa hoc dubi-
 um M. Anton. de Domin. 7. Rep. Eccles. lib. 5. cap. 7. n. 88. 27) 27
 remedium quoddam temperamentum statuit observandum,
 videlicet moribundus petens pœnitentiâ sit omnino ad-
 mitterendus, hoc est, non repellatur, sed quan-
 tum ex parte Ecclesiæ est, illum ad agenda pœnitentiâ,
 possit eam exequi, admittat, & consequenter inter liga-

tos ab Ecclesia eū reponat. Sed ne ligatus discedat, *anticipata detur ei reconciliatio*, per sacrā Eucharistiæ communionem, quam vocarunt viaticum, cum obligatione tamen, ut si convaluerit, inter pœnitentes maneat, donec inunctam sibi externam absoluerit pœnitentiam & satisfactionem, postquam iterum in forma Ecclesiæ ordinariæ concilietur per ordinariam communionem, illa enim communio, quam moribundus habuit, fuit extraordinaria, & pro viatico. Cum igitur hæc viatici communio, sine prævia vera Ecclesiastica pœnitentia non sit plena illa & vera Ecclesiastica ordinaria peccatorum reconciliatio, dubia semper fuit, quid illa possit prodesse, licet negandum esse Ecclesia non censeat, sed concedendum, ut valeat, quantum valere potest. Cœlestinus *epist.* i. in aliquos Gallicanæ Ecclesiæ excandescit, quod morientibus negarent pœnitentiam. Leo pariter vult hanc dari pœnitentiam moribundis, statimque per communionem reconciliari, & in Concilio Nannerensi sancitum: infirmus, qui necessitate urgente confitetur peccata sua, sub ea conditione à Sacerdote concilietur, ut si Dominus ei vitam donaverit, sanitatemque reddiderit, secundum qualitatem delicti modis omnibus pœniteat. D. Hildebrand *in tract. d. veteris Ecclesiæ arte bene*

- 28 *moriendi Cap. 41. §. 8.* 28) HODIE si facinorosus agrotet, periculumque mortis instet, medio sacræ communionis non privandus, sed haud expectata deprecatione publica, veram pœnitentiam agens admitti debet, Ordin. Eccl. Elect. Sax. *art. gener. §. 11.* Da aber die excommunicirte Person keine besserung erzeit/und also in tödtliche Kranckheit siele/ soll der Pfarrer abermahls allen Fleiß anwenden / daß sie Ihre Sünde erkenne/und derselben von wegen Jesu Christi ledig gesprochen zu werden begehre/ auch besserung ihres Lebens verspreche; da nun durch Gottes Gnade solches erlangt/ soll der Pfarrer sie absolviren, und auf ihr begehre mit dem Heiligen Abendmahl Christi trösten und versöhnen/

add.

add. Ord. Eccles. Vinar. cap. 27. §. 3. & 4. wenn aber pendente
 processu &c. In isto autem necessitatis casu, quo à regulis
 juris recedimus, quoties periculum in mora *arg. l. 1.*
§. si quis 13. ff. d. novi operis nunciat. l. fin. C. d. feriis, cum ex ne-
 cessitate quæ fiunt, non dicantur fieri in fraudem, Barbof.
Lotapl. ad verb. Necessitas p. m. 499. 29) Illud observandum 29
 est, dari quidem, uti olim statutum, absolutionem perspecta
 pœnitentia peccatoris internâ, cum hoc tamen reservato, ut
 si resipuerit, pœnitentiam externam seu publicam perage-
 re ipsum oporteat, quia illud, quod necessitas pro re-
 medio reperit, cessante necessitate, debet utiq; pariter cessare,
 quod urgebat, *can. 41. q. 1. caus. 1. c. 7. qu. 7. quæ regula illustratur*
in c. 2. X. d. custod. eub. can. 1. dist. 48. atque eum in modum
 ante paucos annos absolvebatur Stolbergæ Cheruscorum
 stuprata, quæ cum in gravem morbum inciderat atque ob-
 nixè petierat absolutionem, eam Pastor quidem dedit, pecca-
 tum tamen exaggerando publicam pœnitentiam expressè re-
 servavit; Quam etiam post reconvalescentiam in templo so-
 lenniter peregit. 30) Quando itaque ejusmodi casus in pa- 30
 gis forsitan existit, ubi periculum mortis conspicitur, Mi-
 nister Ecclesiæ, antequam ad Superintendentem vel Consi-
 storium casum referat, moribundum absolvere eumque sa-
 cræ Cœnæ participem facere potest, ita tamen, ut pœnitentiam
 publicam Superiori reserve. 31) Hæ sunt personæ, 31
 quibus potest imponi pœnitentia illa Ecclesiastica; sequun-
 tur ailiæ, quibus imponi nequeat, uti sunt, quæ ex delicto non
 obligantur, vel de eo non sunt convictæ. 32) Itaque 32
 FURIOSO, cum is non habeat animi destinationem, nec
 elinquendi propositum *c. aliquos 15. q. 1. nec ipsi sit voluntas*
30 d. R. J. sed in contraria mentis alienatione constitutus l.
ff. de offic. pras. neque ex delicto obligetur, Carpz. pract. crim.
t. 9. 145. à n. 10. usque 18. neque pœna aliqua teneatur, à qua
sum fati infelicitas exculat linsans 12. ff. ad. L. Cornel. de
Sicar.

- Sicac. l. ult. in fin. ff. de administr. & peric. tutor. Menoch de arbitr. jud. quest. cas. 325. Ord. Crim. Caroli V. art. 150.* prout in puncto homicidii Domini Lipsienses pronunciarunt, teste Carpz. *part. 3. quest. 145. num. 19.* pœnitentia publica non est imponenda, adeò ut nec ad saniozem mentem reversus
- 33 eam subire teneatur. 33) Secus est, si furiosus habeat dilucida intervalla seu remissionem *l. 20. §. 4. qui testam. fac. poss.* & eo ipso intervallo, quo delictum commissum est, furore non laboravit, tunc non consequitur impunitatem nec pœnæ mitigationem, vel pœnitentiæ publicæ remissionem, si scilicet delictum non sit capitale. vide Carpz. *pr. crim. p. 3.*
- 34 *q. 145. n. 33 & 34.* 34) PHILTRATO, v. gr. mulieri, si ex nimio amore per philtum causato, amanti copiam sui fecerit, seque stuprari passa sit, pœnitentia Ecclesiastica in eodem rigore non venit imponenda, quoniam per philtum totus homo alteratur, neque ex prælectione peccat D. Simon in *Dissert. d. Amore vœnucato ib. 67.* 35) neque extra forum ecclesiasticum considerata ex dolo scortatrix, vel meretrix vel turpis persona dici potest, Caroc. *dec. 124. Ricc.*
- 36 *part. 6. decis. 2117. D. Richter. decis. 1. n. 182.* 36) Licet cum D. Simone *tit. loc. nonnunquam* aliqualem increpationem, aut pro re nata correctionem leviozem, tam Consistorialem quàm Politicam adhiberi posse non reluctemur; quæ omnia, num vel planè non, vel aliquo modo imponi possit, prudentis arbitrio iudicis commissa sunt. Nec 37) MELANCHOLICO imponenda est publica pœnitentia. Quamvis Nonnulli dementiæ, furoris, & melancholiæ nullam agnoscant differen-
- 37 am. Oldecop. in *observ. crim. tit. 3. thes. 23. n. 5.* Attamen gradus melancholiæ sunt discernendi, quorum tres ponuntur, 38) Primus est, quando præter modum timidi, cupidi, avarique sunt, aut iracundi *l. 1. §. fin. ff. d. edil. edito.* hominumque societatem averfantur, Secundus quotiescunque atra bilis se vehementius exserit, & in Diabolici tristitiam hominem
- 38 ducit,

dūcit, ut propter animi mœrorem contractum sibi etiam horrenda imaginentur, pericula metuant, vagabundi de uno loco in alium fugiant; Hac afflicti faciliè ad desperationem adiguntur. Tertius, quando maximus atræ bilis impetus cerebrum occupat, ac facultatem homini rationalem planè aufert, quo factò subjectum patiens ex numero melancholicorum eximitur, & in dementium classe collocatur, D. Stryke *Diff. de Dementia & Melancholia cap. 4. §. 9. 10. & 11.* quam non malè Melancholiam primariam vocaveris, Hahn *ad Wesenb. sit. de pœn. n. 10. p. 540. 39*) Quod attinet Melancholicos primi gradus, cum nec in civilibus nec criminalibus excusentur, à pœnitentia publica non erunt immunes; 40) Quoad secūdi gradus Melancholicos, si ex abundantia atræ bilis instigante Satana aliquem interfecerint, vel lacefferint, licet quoad pœnam secularem arbitrariè puniantur, D. Petrus Theodor. *in Coll. crim. cap. 10. aph. 4. n. 26. Carpz. pr. crim. p. 3. q. 145. n. 61.* non tamen imponenda iis est pœnitentia publica, ne stantes in conspectu omnium animo sibi majus malum concipiant, atque planè desperent. Est enim, tradente Petro Heigio *quest. illustr. 38. n. 45. & 46.* Caput melancholicum, Diaboli balneum; & jactis per melancholiam fundamentis, Diabolus fragilitati humanæ gaudet retia tendere, quibus involuta pereat tandem anima. Possè tamen pœnitentiam istam pro conditione personæ, ac delicti circumstantiis in pecuniariam converti, rationi non obsonum videtur; quamvis aliàs commutationem ejusmodi non faciliè concedamus, imò eam improbemus, vid. *cap. sequens.* 41) Quoniam verò homines sæpè simulant furorem vel melancholiam, atque malignum reconventem interiùs occultent, ideò Judex Medicorum consilia equirat, qui cum delincente conversetur ejusque temperamentum & causas furoris vel melancholiæ perscrutentur, quibus postea de furore vel melancholia rationabiliter

depõnentibus, fidem habere & pœnam delinquenti vel remittere vel imponere potest, Carpz. *Pr. Crim. p. 3. qu. 145. n. 30. vid. Paul. Zach. qu. medic. legal. lib. 3. tit. 2. qu. 3. ubi de Signis tractat.*

42) Neque VI STUPRATÆ pœnitentia Ecclesiastica imponenda est, cum non nisi ex animo & voluntate delictum æstimetur, neque crimen ullum absque voluntate committatur. *e. cum voluntas. X. de Sentent: Excommun. Andr. Firaquell. de pœnis temperand. caus. 51. n. 7. inde sequitur, quod mulier, quæ contra voluntatem suam vim passa est, nullam pœnam mereatur l. 13. §. 17. ff. ad L. Juliam de adult: usque adeo, ut nullam prorsus infamiæ maculam incurrat, sed inviolatæ existimationis permaneat, l. 20. vers. quin etiam inviolata existimationis C. ad L. Jul: d. Adult. Stephani ad consue. crim. Caroli V. artic. 119.*

43) ut proinde quidam JCTi statuunt, fertum vel coronam in capite gestare vi stupratæ licitum esset, Franciscus Pfeil *cent. 2. cons. 147. Mathias Berlich part. 5. concl. 41. n. 67.* sed negativam defendit Carpz. *part. 2. crim. quest. 75. n. 80. & seqq.* atque ita Dominos Lipsienses pronunciasse refert. Et licet quicquam vel culpæ vel negligentia virgini per vim stupratæ imputari posset, attamen pœnitentiã publicã non est gravanda, nam factis punita est, eo ipso, quod virginitatem amisit, & ex vulgari saltim opinione maculã laborat: inhumanum autem foret afflictio ulteriorem addi afflictionem l. 14. ff. d. offic. præsid. atque ita responsum esse docet Carpz. *Jprud. Consue. lib. 3. tit. 7. def. 99. 44.*

44) DIFFAMATO, non tamen confesso neque convicto de delicto, pœnitentia nequit imponi, quemadmodum necis à S. Cœnæ usu bonã cum conscientia arceri potest, licet prava consuetudo nonnullos verbi divini Ministros invaserit, infeceritque, prout Konig *in cas. Conse. d. l. cas. 18. ait:* quod nimium videlicet inclinantes, vel in vanos populi rumusculos, vel inanium anicularum insurrectiones. ut propter conceptas sinistras suspiciones, quæ accedente livore, aliisque distorti animi motibus, semper magis

magisque incenduntur, cum ante omnia rimari deberent, quâ intentione, quâ fide, quâ temeritate, quâ vitâ, quâ conscientia, quove merito crimen obijciatur *c. si qui sunt* 17. c. 2. *qu.* 7. mala enim audita neminem moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat, sed ante audita diligenter inquirat *c. 2. qu. 1.* nisi fortè à multis originem habeant, *c. Presbyter* si 2. q. 4. Magnif. Struv. *D. ff. crim.* 14. *ib.* 7. 45) benè hic considerandum erit monitum Nicolai Papæ *c. seiscitantibus* 15. q. 8. priusquam audias, ne judicaveris quemquam, atque ante probationem accusationis illatæ, neminem à tua communione suspendas: quia non statim qui accusatur, reus est, sed qui convincitur, criminofus, vid. *Dedekenni novam appendicem* fol. 559. *Carpz. J. P. C. lib. 2. tit. 18. def. 284.* quod ipsum non tantum in *Ord. Eccl. Elector. Sax. art. gener.* 10. sed etiam clarissimis verbis à Ministris Ecclesiæ requiritur, in der *F. W. L. D. cap. 2. §. 12.* Und sollen gleichwohl auch die Prediger mit der Kirchen-Busse oder öffentlicher Sünden Bekänntnis/und Abbitte / so wohl mit andern Kirchen Straffen gute Vorsichtigkeit und Bescheidenheit gebrauchen / und hierunter gebührlich und ordentlich procediren und verfahren / darumb sie in zweiffelhafften Fällen / so Verzug leyden / bey des Orts Obrigkeit / und von dieser / wann sie es nöthig befindet / bey der hohen Landes Fürstl. Obrigkeit sich Raths erhohlen / und da es so bald nicht seyn kann / keinen von der H. Tauff und H. Nachtmahl abwelsen / sondern hernacher die Nothdurfft bescheidenlich mit ihnen reden / und nicht auf hören / sagen oder schelten / auf Leute / oder auf Weiber geschwätze / Argwohn wider iemand fassen / sondern zuserderst der sachen rechten Grund erforschen. 46) Sic INQUISITUS pendente processu super delicto, ad usum S. Coenæ absque deprecatione publica admitti debet, non

- enim præposterè nimis agendum est, condemnando eos
 47 qui nondum confessi, vel convicti sunt. 47) Nam in foro soli nemo alicujus delicti condemnari debet, nisi confessus aut convictus fuerit *l. qui sententiam 16. C. de pœnis*, & deficiente confessione vel probatione delicti quilibet innocens & non
 48 deliquisse præsumitur, Menoch. *l. 5. præsumt. 2. 48.*) quæ omnia multo magis in foro Ecclesiastico obtinent, quia ibi de majori animæ nempe præjudicio agitur, cum & juxta *c. ad audientiam 12. X. de Homicidio* quando agitur de peccato & salute animæ, ejusque periculum imminet, in dubio pars
 49 mitior eligenda sit, Carpz. *Jprud. consist. lib. 2. tit. 18. def. 285. 49.*) Huc facit gravissimum Responsum Dnn. Wittebergensium Theologorum *in consilior. Vitzberg. part. 2. pag. 125.* Aus Euren an uns gethanen Schreiben vernehmen wir/was vor ein intricatus casus Euch vorkommen/Nachdem ein Mann bey euch bezüchtigt wird/als habe Er außer der Ehe mit einer Person Unzucht getrieben/und selbige imprægniret, welches die geschwängerte Person ihme für der Obrigkeit und Ministerio nicht allein zuerget/sondern sich auch als eine leydragende Sünderin angiebt/und mit Buffertigen Herzen umb Vergebung bittet/das H. Abendmahl begehret/und der Kirchen Censur sich gehorsamlich unterwirffte auf der Verweigerung aber an Christum den Obersten Bischoff provociret. Der bezüchtigte Mann aber leugnet/auf unterschiedliche Bermahnung/auch für der Obrigkeit constant, und weil Er in Mangel der Zeugen/mit Recht nicht überwiesen werden kan / bittet Er ebennmäßig Ihn vor einen Christen zu achten/und ad Sacra zu verstatten. Darüber die Herren unser Gutachten begehren/wessen Sie sich auf beyden theilen zu verhalten haben. Ob nun wohl aus der Herren Bericht nicht eigendlich zu vernehmen/ob diese Sache ad ordinarium processum coram

ram legitimo Judice gedichen / in welchen Fall denen Herren unverborgen / daß pendente lite solchen Personen die gesuchte Beichte und absolution nicht zu versagen; Jedoch halten wir darfür / daß auch dessen ungeachtet / beyde Personen auf vorhergehende gnugsame Verwarnung / und Ihr inständiges anhalten wohl könnten ad sacra zugelassen werden / wofern nicht starke Vermuthung vorhanden / daß der bezüchtigten Manns-Person unrecht geschehr. Wo solche Vermuthungen nicht ist / da ist die Weibes-Person vor eine arme Bußfertige Sünderin zuhalten / welcher man / sonderlich dieweil sie auf Verweigerung an Christum provociret, die Absolution und das H. Abendmahl nicht versagen kan / sonderlich weil sie sich auch der Kirchen-Busse gehorsamlich unterwerffen thut. Der Manns-Person aber könnte man in Gegenwart der Obrigkeit desto schärffter zu reden / daß dieselbe nicht das H. Abendmahl zum Scheindeckel gebrauche / wie etlich pflegen / sondern wisse / daß es ihm zwar solle gereicht werden er würde es aber am jenem Tage schwer verantworten müssen / so Er in seinem Herzen sich schuldig befinde. Sonsten weil über Ihn noch gar nichts ausgeführet ist / so kan ihm auch die bloße Anklage / und das daher entstandene böse Geschrey von den Sacris nicht ausschliessen. Idem volunt Theologi Balduinus de casib. conscientie p. 1086. Lud. Dunte. d. cas. consc. p. 566. qu. 12. Tilem. Heshusius & D. Balthas. Menzerus apud Dedekenn. vol. 1. consil. sect. 8. n. 4. & Balduin. ait: quod si quis scelerum istorum nondum aperte reus, neque satis convictus aut confessus fuerit, admittendus utique est ad sacram Cœnam, ne tam pretioso animæ suæ Thesaurō per nos defraudetur, & Dunte d. l. ex Brachmando quatuor rationibus ad quæstionem, *An suspecti de*

- enim præposterè nimis agendum est, condemnando eos
 47 qui nondum confessi, vel convicti sunt. 47) Nam in foro so-
 li nemo alicujus delicti condemnari debet, nisi confessus aut
 convictus fuerit. *l. qui sententiam 16. C. de pœnis*, & deficiente
 confessione vel probatione delicti quilibet innocens & non
 48 deliquisse præsumitur, Menoch. *l. 5. præsums. 2. 48.*) quæ omnia
 multo magis in foro Ecclesiastico obtinent, quia ibi de ma-
 jori animæ nempe præjudicio agitur, cum & juxta *c. ad*
audientiam 12. X. de Homicidio quando agitur de peccato &
 salute animæ, ejusque periculum imminet, in dubio pars
 49 mitior eligenda sit, Carpz. *Jprud. consist. lib. 2. tit. 18. def. 235. 49.*)
 Huc facit gravissimum Responsum Dnn. Wittebergen-
 sium Theologorum *in consilio. VVitteberg. part. 2. pag. 125.* Aus Euren
 an uns gethanen Schreiben vernehmen wir/was vor ein in-
 tricatus casus Euch vorkommen/Nachdem ein Mann bey
 euch bezüchtigt wird/als habe Er außer der Ehe mit einer
 Person Unzucht getrieben/und selbige imprægniret, wel-
 ches die geschwängerte Person ihme für der Obrigkeit und
 Ministerio nicht allein zuteget / sondern sich auch als ei-
 ne Leydragende Sünderin angiebt/und mit Bussfertigen
 Herzen umb Vergebung bittet/das H. Abendmahl begehr-
 ret/und der Kirchen Censur sich gehorsamlich unterwirfft
 auf der Verweigerung aber an Christum den Obersten
 Bischoff provociret. Der bezüchtigte Mann aber leug-
 net / auf unterschiedliche Vermahnung / auch für der O-
 brigkeit constanter, und weil Er in Mangel der Zeugen/
 mit Recht nicht überwiesen werden kan / bittet Er eben-
 mässig Ihn vor einen Christen zu achten/und ad Sacra
 zu verstaten. Darüber die Herren unser Gutachten begehr-
 ren/wessen Sie sich auf beyden theilen zu verhalten ha-
 ben. Ob nun wohl aus der Herren Bericht nicht eigndlich zu-
 vernehmen/ob diese Sache ad ordinarium processum co-
 ram

ram legitimo Iudice gedichen / in welchen Fall denen Her-
 ren unverborgen / daß pendente lite solchen Personen die
 gesuchte Beichte und absolution nicht zu versagen; Jedoch
 halten wir darfür / daß auch dessen ungeachtet / beyde Per-
 sonen auf vorhergehende gnugsame Verwarnung / und Ihr
 inständiges anhalten wohl könnten ad sacra zugelassen wer-
 den / wosern nicht starke Vermuthung vorhanden / daß
 der bezüchtigten Manns-Person unrecht geschehe. Wo solche
 Vermuthungen nicht ist / da ist die Weibes-Person vor eine
 arme Busfertige Sünderin zuhalten / welcher man / sonder-
 lich dieweil sie auf Verweigerung an Christum provoeiret,
 die Absolution und das H. Abendmahl nicht versagen kan /
 sonderlich weil sie sich auch der Kirchen-Busse gehorsam-
 lich unterwerffen thut. Der Manns-Person aber könnte
 man in Gegenwart der Obrigkeit desto schärffer zu reden /
 daß dieselbe nicht das H. Abendmahl zum Scheindeckel
 gebrauche / wie etlich pflegen / sondern wisse / daß es
 ihm zwar solle gereicht werden er würde es aber am jenem
 Tage schwer verantworten müssen / so Er in seinem Herzen
 sich schuldig befinde. Sonsten weil über Ihn noch
 gar nichts ausgeführet ist / so kan ihm auch die blossẽ
 Anklage / und das daher entstandene böse Ge-
 schrey von den Sacris nicht ausschliessen. Idem vo-
 lunt Theologi Balduinus *de casib. conscientie* p. 1086. Lud.
 Dunte. *d. cas. consc.* p. 566. qu. 12. Tilem. Heshusius & D. Bal-
 thas. Menzerus apud Dedekenn. *vol. I. consil. sect. 8. n. 4.* &
 Balduin. ait: quod si quis scelerum istorum nondum aperte
 reus, neque satis convictus aut confessus fuerit, admitten-
 dus utique est ad sacram Cœnam, ne tam pretioso animæ
 suæ Thesauro per nos defraudetur, & Dunte *d. l. ex Brach-*
mando quatuor rationibus ad quætionem, An suspecti de

*flagitio propter presumptiones à Sacra Cena suspendendi, si exami-
nanti se dixerint insones?* Negativè respondet; eumque in mo-
dum responderunt Dn. Theologi Giessenses in puncto in-
simulati adulterii anno 1665. prout Dn. Præses responsum
illud in suis Locis Communibus Manuscriptis ostendit. Si verò
tam urgentia & evidentia indicia contra inquisitum militent,
ex quibus vulgò pro nocente haberi possit, Ministro Ec-
clesiæ fas erit, post concionem habitam auditoribus causam
publicè proponere, atque eos admonere, ne pendente pro-
cessu sinistram concipiant opinionem, vel scandalum inde
arripiant, prout svadet Carpz. *Iprud. Eccles. lib. 2. tit. 18. Def. 287.*

CAPUT IV.

declarans

**Objectum, seu Delicta, ob quæ
possit imponi**

Pœnitentia Ecclesiastica, vel quando non.

SUMMARIA.

- I.** Ob commissa crimina præter secularem pœnam imponenda quo-
que est pœnitent. ecclesiast. **II.** Neque iniquum hoc est, pro-
pter duplicem finem. **III.** Per pœnitentiam fit satisfactio
Ecclesiæ, sed per pœnam secularem fit satisfactio Reipublicæ.
IV. Præclare rem exponit D. Calixtus. **V.** Publica depreca-
tio ist *kein Staup-Besen/ait* Dedekenn. **VI.** In Veteri Ecclesia
non ob quavis peccata, sed certa quædam in canonibus desi-
gnata, injungebatur pœnitentia Ecclesiastica. **VII.** Dividuntur deli-
cta. **IIIX.** Si à Magistratu politico injungatur pœna ultimi sup-
plicii, eaque executioni detur, non opus est, ut Reus publicè
in Ecclesia deprecetur; quandoque tamen ipsi delinquentes ad-
hortationem ad populum faciunt. **IX.** Quando autem delicti
publici pœna est extraordinaria, tunc statuit pœnam etiam Ju-
dex Ecclesiasticus. Nec præventio locum habet. **X.** Delicta,
ob quæ imponenda est Pœnitentia Ecclesiastica, debent esse actu
perpetrata. allegatur locus Tertulliani & Canon. Concil. **XI.**
Manifesta sint seu Notoria XII. de occultis non judicat Ecclesia, sed
De-

Deus XIII. Propter scandalum deprecatio publica injungitur, cessante autem causa, cessat effectus. XIV. Si publicum sit delictum, omnino expedit poenitentiam imponi. XV. Quznam sint delicta occulta, quz manifesta. XVI. Meretur poenitentiam ecclesiasticam Apostasia. XVII. Tempore persecutionis erant tria Apostatarum genera. XVIII. Quinam fuerint Thurificati. XIX. Quinam Traditores. XX. Quinam Libellatici. XXI. Hi omnes tanquam lapsi publicam egerunt poenitentiam. XXII. Quid hodie obtineat, & Lutheranus ad Pontificiorum castra transiens an conversus poenitentiam publicam agere debeat. XXIII. Ob Hæresin imponitur poenitentia. XXIV. quid requiratur, ut quis sit hæreticus. Non tamen ab iis, qui cuius hæreticæ Religionis addicti sunt, exigi, iisve injungi potest, ut maximè etiam se ad eam ultrò offerrent, per rationes. XXV. Ob Blasphemiam. XXVI. Committitur Blasphemia, vel immediatè, ubi poena est ultimum supplicium, vel mediatè, & tunc poena arbitraria. XXVII. Quid Jure Canonico statutum sit. XXVIII. Ob Magiam, si poena certis casibus sit extraordinaria, remissivè. XXIX. Ob Sortilegium, v. g. si Spiritum familiarem quis habeat. XXX. Si quis utatur mediis superstitiosis, quæ dæmonem habent autorem, vel actibus superstitiosis &c. XXXI. Si Mandragorâ falsâ, *Ullraun* quis utatur, imponenda ei est poenitentia. XXXII. Nec non iis, qui Magos consulunt, vel curationem magicam per suspensam Schedulam adhibent. XXXIII. quamvis sortilegos consulisset in bonum finem. adducitur iudicium Ægidii Hunnii. XXXIV. Clerico magos consulenti in jure Canonico imponitur poenitentia perpetua; quid hodie adducitur responsum Dnn. Theolog. Jenensium. XXXV. Necromanticos, Zingaros, Tartaros, *Zigeuner* consulentes publicè deprecantur. XXXVI. ex curiositate vel ridendâ gratia si quis eos interrogaret, pro lethali culpa id non habendum. XXXVII. Quærentibus Thesauros magicis & illicitis artibus nō solū leges inventa auferunt, sed etiâ Consistoria poenitentiam publicam imponunt, per rationes. XXXVIII. Ob Philtrum datū alteri. XXXIX. Ob Perjurium poenitentia statuitur imponenda. XL. Probè in hoc delicto attendendum venit, num dolo malo, an verò calore quodam iracundiæ, aut alio affectu permotus id commiserit. affertur Responsum Dnn. Scabinor. Lipsiensium, XLI. Ob contemptum

Judex tollere nequit; sic parili ratione multo minus Magistratus Ecclesie deprecationem, quam ipsi Criminosus, debet, tollere vel pro ea multum arario tribuere potest. LIV. Ad 2. Arbitrium Jura Canonica ad talem causam restringunt, quæ ipsum Delictum minuit. LV. ad 3. 4. & 5. quamvis Magistratui Seculari liberum sit, ritus pœnitentiæ publicæ pro ratione circumstantiæ alterare, nulla tamen ratione fundatum est, quod Ecclesie reconciliatio adimatur, cum de jure divino & naturali jus questum auferri nequeat. Respondetur ad allegatum Synodale Decretum Electorale Saxonicum. LVI. Negatur assertum, per rationes. LVII. Istius regulæ est exceptio, nisi urgentissima causæ, quæ tamen in consequentiam non trahendæ, Magistratam Ecclesiasticum moveant. LVIII. Si Consistorium vel Judex, penes quem est Jurisdictio Ecclesiastica, imposuisset alicui pœnitentiæ publicam, illam autem postmodum, ob prægnantem causam convertisset in pœnam pecuniariam. Q. Num ista pecunia, loco deprecationis data, spectet ad Consistorium, vel ad Judicem secularem ejusque ararium? Respond. regulariter ad Judicem secularem. LIX. Nisi consuetudine vel statuto aliud obtineat, eam in rem profertur sententia Regiminis Saxo Jenensis. LX. An autem pecunia ista Ecclesie solvenda, an in Eleemosynam convertenda? Resp. Episcopus non ipse debet lucrari pecunias, sed eas in utilitatem Ecclesie convertere, vel dividere illas. LXI. Q. An Princeps Jura Episcopalia possidens & exercens, pœnitentiæ publicam delinquenti remittere possit? Affirm. modò non faciat absque gravissima ac sufficienti causa, & modò crimen perpetratum non sit ex numero eorum, quorum pœna vindex esse debet lege divina & æterna. LXII. Sententia Rebhanii. LXIII. Judicium Dnn. Theolog. Lipsi. allegatur. LXIV. Tunc quoq; pro pœnitentia habetur, quæ fit actu quodam publico, quando delinquens in testimonium actæ pœnitentiæ monumenta quædam erigit. LXV. Responsum Facultatis Theologicæ Lipsiensis. LXVI. An restitutio in integrum per viam gratiæ adversus sententiæ pœnitentiæ publicam imponentem habeat locum? Distingv. LXVII. Scæpius etiam tales casus occurrunt, in quibus publica pœni-

pœnitentia à delinquente peragi non possit, ut si sit captivus, & in carcere inopinatò moriatur. LXVIII. Vel si delinquens in peregrinas proficiscatur regiones, & ad locum delicti commissi reverti impediatur. LXIX. Si quis in tali loco scandalosum commisisset delictum, & degat, ubi publicum veræ ac salvificæ religionis exercitium non habetur, LXX. Ultimò refertur Casus quidam,

Pœnitentiæ Ecclesiasticæ 1) AFFINIA sunt POENÆ & CENSURÆ ECCLESIASTICÆ, per quas non solum interdicti, sed etiam suspensionis & excommunicationis sententia potest intelligi, juxta c. 20. X. de verb. Sign. c. 17. cap. 24. q. 3.) Item Opera Satisfactoria & Humilitatis 2) quæ Canonistæ & Pontificii excogitarunt, & vel spontè suscipiuntur, vel à Sacerdote imponuntur ad Deum 2 pro avertenda pœna temporali placandum, Bellarminus lib. 4. d. pœnitent. c. 6. pag. 1931. & sunt juxta eorum mentem 3) Tria, scilicet Oratio, Jejunium & Eleemosyna; cur autem hæc tria præcipue statuantur, vide duas causas apud Bellarminum 3 cit. loc. 4) Sub Oratione comprehenduntur non modò preces vocales, sed etiam pia desideria, sancta proposita, meditationes mentales, actus contritionis, gratiarum actiones, opera omnia misericordiæ spiritualia &c. 5) Ad Jejunium revocant Pontificii ea, quæ corpus affligunt, & concupiscentiæ carnis repugnant, ut Cilicia, Cineres, Vigiliæ, Flagellationes (de Secta flagellantium vid. Prateum in Elench. hæret. pag. 183. quemadmodum hi modi expiandi peccata verbo DEI adversentur, docet D. Gerhard confess. Catholic. lib. 2. p. 2. art. 10. cap. 5.) & Peregrinationes ad terram sanctam aliaque loca religiosa, Das Wallfarten / (quas superstitiosas planè esse & idololatricas ostendit, Petr. Molinæus singul. tr. d. Peregrination, præsertim quando meritorias eas faciunt Pontificii. Ziegler ad Lancell. Instit. Jur. Can. lib. 2. tit. 16. §. 16. pag. 494.) Ejusmodi Peregrinantium plurima exèmpla in promptu

S

ptu

ptu sunt; Sic Offa Merciorum Rex expiandorum scelerum
causa, Romam profectus, Hadriano I. regnum suum vecti-
gale fecit, Polydor. *lib. 4.* Et Fratricida quidam ab Episco-
po iustus est poenitentiae loco septem annos ad loca sancto-
rum peregrinari, Gregorius Turonensis *de gloria Confess. c. 87.*
Expugnato Virriaco castro à Ludovico Francorum Rege
anno M.CCC. in Ecclesia diversi sexus & aetatis homines
cremati sunt. Quo facto motus Rex terram sanctam poe-
nitentiae & precum causa adiit, ubi integrum substitit an-
num, Beyerling. *sub lit. R. 6*) Ad Eleemosynam non tan-
6 tum largitio pecuniae, sed etiam visitatio infirmorum alia-
que opera misericordiae corporalia spectant, Petr. a S.
Joseph. *summul. casuum. confc. opusc. 2. part. 2. cap. 2. 7*) Equi-
7 dem Pontificii per modum meriti & satisfactionis haecce
considerant, cum tamen ex parte nostra nihil omnino sit,
quod promereri aliquod bonum spirituale queat. D. Zieg-
8 gler *ad Lancellotr. Instit. Jur. Canon. lib. 2. tit. 5. §. 12. 8*) Theo-
9 logi Protestantes Orationem, Jejunia & Eleemosynam
non improbant, sed in nostris etiam Ecclesiis inculcant,
non autem habent pro operibus meritoriis & satisfacto-
riis, sed dicunt debita & requisita ad novitatem, vitæ 9)
Nam Jejunium non est per se præceptum divinitus, nec
cultus Dei, sed tantum adminiculum pietatis & signum
humiliationis coram Deo, Ziegler *ad Instit. Lancell. lib. 2.*
10 *tit. 4. §. 3. in no. pag. 336. 10*) Et quamvis satisfactio com-
pensatoria nobis sit impossibilis, quæ à Christo pro nobis
præstita pro omnibus peccatorum nostrorum meritis, attam-
en satisfactio emendatoria nobis à Deo est præcepta, quæ
fit, cum seriam agimus poenitentiam, desistimus à malo &
11 facimus bonum, & tunc voluntati Dei obedimus. 11) Cæ-
terum inter poenarum Canonicarum sive Ecclesiasticarum
species suprema est DEGRADATIO, Clar. *lib. 5. sentent. &*
fin.

fin. qu. 74. ab init. 12) quam dispeſcent in verbalem 12
 & realem, Gail. lib. 1. c. 1. n. 23. d. pac. publ. Illa continet
 lationem ſententiæ. Hæc ſententiæ latæ executionem;
 13) & eſt, quando Clericus ob grave aliquod flagitium da-
 mnatus non ſolum dignitatibus ac honoribus, verum etiam
 ordine, & privilegio per detractionem inſignium & veſti-
 um ſacrarum &c. realiter privatur. Caniſius *ſumm. Jur. Canon.*
lib. 3. tit. 22. §. 7. deinde poteſtati ſeculari puniendus traditur
 Reinking. *de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. 3. Claſſ. 2. c. 14. n. 11. 14*) Quando 14
 iſta degradatio fit, ſolent de Jure Canonico certa adhiberi
 ſolemnia, de quibus ita Bonifacius IX. Pontifex reſcripſit
 Biterenſi Epilcopo in *cap. degradatio 2. X. de pen. in ſto. Cleri-*
cus degradandus veſtibus ſacris indutus, in manibus habens librum,
vas, vel aliud instrumentum ſeu ornamentum ad ordinem ſuum ſpe-
ctans, ac ſi deberet in officio ſuo ſolemniter adminiſtrare, ad Epilco-
pi præſentiam adducatur: Cui Epilcopus publicè ſingula, ſive ſine
veſtes, calix, liber, ſeu quavis alia, qua illi juxta morem ordinan-
dorum Clericorum, in ſua ordinatione ab Epilcopo fuerint tradita ſeu
collata, ſingulariter auferat, ab illo veſtimento ſeu ornamento, quod
datum vel traditum fuerat ultimo inchoando, & descendendo grada-
tim degradacionem continuet uſque ad primam veſtem, qua datur in
collatione conſuræ, tuncque radatur caput ſeu roncatur, ne conſuræ
ſeu Clericatus veſtigium remaneat in eodem. Poterit autem Epi-
ſcopus in degradacione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem
illis oppoſitis, quæ in collatione ordinum ſunt prolata, dicendo Presby-
tero hæc vel ſimilia verba in remotione planetiæ: Auferimus tibi
veſtem ſacerdotalem, & te honore ſacerdotali privamus: Sicque in
remotione reliquorum inſignium ſimilibus verbis utens in ablacione
ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infra ſcripto, vel
alio ſimili modo pronunciet ſive dicat: Auctoritate Dei omnipotentis
Patriſ & Filii & Spiritus Sancti ac noſtra tibi auferimus habitum
Clericale, & deponimus, degradamus, ſpoliamus & eximus Te omni
 ordi-

- ordine, beneficio & privilegio clericali, vid. Petr. Gregor. *Synagm. Jur. univ. lib. 31. c. 30. n. 8. Speculat. lib. 3. d. accusat. §. 2. n. 4.*
- 15 Laurentius **Dhm** de *Jure Episcopali* th. 18. lit. g. 15) Hoc ritu observato sacris fuerunt exautorati Bruxellæ professionis Augustanæ Monachi duo, Johannes & Henricus, teste Schleidano *comment. d. Stat. Relig. lib. 4.* ubi ita: *Questionem habuit Hogstratus Dominicanus, inter alios. Rogati sunt primum, ecquid crederent? Illi, Veteris & Novi Testamenti libris, & Apostolorum symbolo, quod fidei capita continet, usq; quæ cum scriptura consentiant credere se dicunt, Putentne peccatum esse mortale, si quis Patrum & Pontificis Romani decreta violet? Solus Præceptis divinis hoc esse tribuendum, ut absolvant aut condemnent. Cum in eo persisterent, damnati sunt capitis: ipsi verò gratias agebant Deo, quod pro sui nominis gloria perferendum aliquid esset. Quum producerentur, omnium oculos in se constantia sua convertebant: itaque, fuerunt exusti Calendis Julii.*
- 16) Apud **PROTESTANTES** hæc degradationis solemnities ulterius non obtinent, nec fere ulla alia in depositione & suspensione adhiberi solet moribus hodiernis peculiaris solemnitas, teste Carpozov. *lib. 3. Jurisprud. Consistorial. defm. 117. n. 9.* Magnificus Dn. Struve in *Jur. Sacr. Justinian. p. 224.* Math. Colerus *p. 2. d. processu Executivo c. 3. n. 166.*
- 17) **DEPOSITIO**, quæ & verbalis degradatio dicitur, nihil aliud est, quàm perpetua remotio ab administratione sacrorum & altaris, differt autem depositio à degradatione, quod illa clericum à Jurisdictione & potestate Judicis Ecclesiastici non eximat, neque privilegiis & immunitatibus clericalibus spoliaret, sed in degradatione omnia illa amittuntur, Reinking. *de Regim. Sec. & Eccl. lib. 3. cl. 2. cap. 2. n. 3. & 15.*
- 18) **INTERDICTUM**, quo Clericis interdicitur, ne divina officia celebrent, aut sacramenta administrent *c. 16. d. sentent. excommunic. in 6.*
- 19) **SUSPENSIO**, quæ est inferior seu minima censura Ecclesiastica qua Clericus, ob delictum commissum

missum poenæ loco ad tempus ab officio suspenditur e. inter sollicitudines X. de purgat. canon. Johann de Lignan. tractat. d. censur. ecclesiast. divid. tract. d. Suspendens. c. n. 3. & ad tempus pro ratione delicti interdicatur Clericis functione sua, ob excessus delicta & errata, c. transmissam 15. X. de Elect. & Elect. potest. ob inobedientiam & culpam c. delicta 12. de Major. & Obed. c. quoniam 9. X. de vita & honest. cler. qualia sint, apud Canonistas videri potest Martin Bonacina in Theolog Moral. Tom. 3. Disp. 3. 20) Benè merentur memorari ea, quæ habet Magnificus Dn. Struv. Dissertat. Criminal. 14. th. 8. notabilem referens casum, ubi Canonicus junior Decanum Capituli injuriis gravissimis lacerat, ab Amplissima Facultate Juridica Jenensi quæsitum & responsum fuit: Ob nicht / da der Herr Decanus Capituli so gar gröblich an seinen Ehren verlehret wird / und solches Ihm in Ewigkeit nicht kan überbracht und erwiesen werden / dieser zantzsüchtiger Calumniant, den Rechten und Billigkeit nach / à residentia & perceptione fructuum Canoniciatus, pendente illâ famosa actione zu suspendiren / bis die Sache per definitivam erörtert? Und ob nicht ad petitionem Decani Rever. Capitulum solch Decretum suspensionis, vel quid gravius, tanquam in causa notoria & manifesta ohne weiter Verhör abzusprechen befugt sey? Und darüber unser Rechtliches Bedencken begehret worden. D. B. W. n. f. b. c. v. R. Ob wohl Titius anführen möchte / daß ehe causæ cognitio vorgangen / und Er genugsam gehöret / nichts wider Ihn anzuordnen sey / dennoch aber und diereil legitimæ suspensionis causæ notoriè vorhanden / und Rechtlicher Verordnung nach causâ nondum planè cognita & lite pendente aus gewissen Ursachen die suspension ergethet / so wird oberwehnter Titius à residentia & perceptione fructuum Canoniciatus pendente ista famosa actione, bis die

Sache erörteret / billich suspendiret / und ist Reverendum
 Capitulum auf Ansuchen des Decani, dem Titio sein Ver-
 brechen vorzuhalten / und darauf ohne weiter Verhör: das
 Decretum suspensionis zu ertheilen wohl befugt / *B. R. W.*
 Cujus responsi rationes decidendi expressè dicto loco le-
 21 guntur. 21) Huc refer carcerem quando Ministri Ecclesie
 mit Priesterlichen Gehorsam puniuntur, si vel remotionem
 totalem navis levioribus non meruerint, vel de emendatio-
 ne nondum admoniti fuerint, *Carpzov. I. P. Consist. lib. 3. tit. 10.*
defin. 13. ne crimina impunita remanere debeant *L. 14. C. d.*
pen. l. in delictis ff. d. noxalib. action. & ita Consistorium Supre-
rum Dresdenle in causa Judithæ Antonii K. zu E. contra
den Diaconum zu Z. Ambrosium. F. anno 1618. respondit:
 Und wird hierüber / daß Er mit dem heiligen Ehestande so
 leichtsinnig gehandelt hat / andern zum Abscheu mit Prie-
 22) *De Jure Canonico etiam CARCER POENITEN-*
TIALIS c. quamvis 3. de penis in 6. c. divinis exemplis in fin.
Extravag. Commun. Joachim Stephani Instit. Jur. Canon. lib. 3.
c. 7. n. 6. decernitur, quando de delicto vel confessi vel con-
 victi, (eorum excessibus & personis ceterisque circumstani-
 tiis provida deliberatione pensatis) in perpetuum; vel ad
 tempus carceri mancipantur ad poenitentiam peragendam,
 isque est vel sine carena, vel cum carena, quæ est commes-
 tio panis & potus aquæ ad certam mensuram & certum tem-
 pus *c. accusasti. 8. X. de Accusat.* qui panis doloris & aqua an-
 gustiæ dicitur. *c. novimus 27. X. d. Verbor. Signif.* Sic Hæretici,
 si ad agendam condignam poenitentiam redire noluerint,
 ad perpetuum carcerem condemnantur. *c. excommunicavi-*
mus. 15. in fin. X. de Hæreticis. Hæc poena perpetui carceris
 æquiparatur morti, *Bald. in l. imperium. de Jurisdic. omni. Judic.*

Innocent. in c. qualiter & quando de accusat. 23) Cui similis est DE- 23
TRUSIO IN MONASTERIUM, *c. duo X. de Penit. quod*
 dicitur supra clausura, quam quis non egreditur sine licentia
 Abbatis *l. 29. c. d. Episcop. & Cler. 24*) Sic Sacerdos, qui peccatum 24
 in poenitentiali iudicio sibi detectum revelare ausus fuit,
 non solum à sacerdotali officio deponendus, verum etiam
 ad agendam perpetuò poenitentiam, in arctum monasteri-
 um detrudendus est, *c. omnis utriusque 12. in fin. X. de penit. &*
remiss. Ungebauer, ad cit. tit. n. 7. Lancellott. Instit. Jur. Canon.
lib. 2. tit. 5. §. 9. ibique D. Ziglerus in notis, mirum, id apud
 Pontificios haberi pro poena, quod partem faciunt pietatis.
 De his & aliis, quæ passim in Jure Canonico reperiuntur
 Clericorum poenis vid. *CC. item Reinking. d. Reg. Sec. & Ec-*
cles. lib. 3. cl. 2. c. 2. Zangerus de except. part. 2. c. 1. n. 222. & seqq. 25
 25) Jure Iustiniano certum est, multos etiam poenæ cau-
 sa in monasterium detrudi sive mitti, ut ibi poenitentiam
 agentes peccata sua deleant, ibi vel perpetuo, vel ad
 tempus manentes *Rittershus. ad Novell. part. 1. cap. 6. n. 43.*
 exemplum est celebre in Adultera, *Novell. 134. cap. 10* ean-
 dem quoque poenam sustinebant Conjuges malitiosè semet
 deserentes, seu repudium sine justa causa mittentes, *Novell.*
117. cap. 12. itidemque Conjuges mutuo saltem consensu re-
cedentes Nov. 134. cap. 11. 26) Poenis Ecclesiasticis porrò 26
 annumeranda est **EXCOMMUNICATIO**, quæ secun-
 dum Canones duplex Major & Minor, 27) Major est 27
 censura seu poena Ecclesiastica, qua membrum Ecclesiæ ob
 justam causam per ministrum Ecclesiæ à toto corpore Ec-
 clesiæ iuribusque ac beneficiis, ratione istius competentibus
 abscinditur, & à communionem fidelium planè excluditur,
c. omnis 11. qu. 3. & hæc idcirco anathema, hoc est æternæ
 mortis damnatio dicitur, & non nisi pro mortali crimine
 imponi debet illi, qui aliter non potuit corrigi. *c. nemo Epi-*
scopus

- 28 scopum 11. quest. 3. 28) Minor Excommunicatio est, qua quis à perceptione Sacramentorum salvo hominum commercio arcetur, c. pen. X. d. Sentent. excomm. c. 10. X. d. Judic. Magnif. D. Struv. d. Banno. Ecclesiast. & Secular. dissert. criminal. 15. th. 14. Joachim Stephani lib. 3. Instit. Jur. Can. c. fin. n. 12. Lehman. Chron. Spirens. lib. 2. cap. 34. Alexander Chassaneus parat. in lib. Decret. p. 486. add. D. Johan. Tobias Major de potestate Clavium §. 27. quo respiciunt verba in der S. M. S. D. cap. 22. §. 5. Daß der Bann sey eine Ausschließung der Verstockten und Halsstarrigen Sünder aus der Christlichen Gemeine / und eine übergebung dem Satan zum verderben des Fleisches / auf daß der Geist seelig werde.
- 29 29) Varii sunt effectus istius Excommunicationis, qui sigillatim à Magnifico Do. Struv. dissert. crimin. 15. th. 28. & à Petro à S. Joseph. summul. cas. conscient. in cap. 2. art. 1. & seqq. explicantur, scilicet quod eà innodatus privetur usu tam passivo quam activo Sacramentorum, privetur communibus Ecclesiæ suffragiis, quæ scilicet à Clericis offeruntur pro fidelibus nomine Ecclesiæ, nec possit divina officia celebrare, vel iis interesse; privetur Ecclesiastica sepultura, reddatur inhabilis ad beneficia Ecclesiastica; privetur fidelium conversatione; & omni communicatione forensi, ita scilicet, ut nequeat esse Judex, Procurator, Actor, aut Testis etiam in Civilibus, & quod excommunicatus de Jure Canonico non solum procuratorio nomine Judicio interesse nequeat, verum etiam nec proprio, Lancellott Instit. Jur. Canon. lib. 3. tit. 2. §. 13. 30) Quod ipsum non immeritò sollicitat Jacob Mæstertius d. Just. Roman. legum lib. 2. c. 18. n. 7. ex eò, quod Pontifex hac ratione falcem miserit in messem alienam, cum excommunicatio sit exclusio à communione spirituali (Nec obstat; quod ad Judicia non debeat admitti, quo cum cibum capere prohibuerit Salvator, nam

ut

ut maximè concedamus cum D. Zieglero ad Lancellott. *Instit. Jur. Canon. d. l. §. 13.* prohibitionem de cibo capiendo excommunicatos spectare (quod negat Johann Selden *de Synedr. veter. Ebra. lib. 1. c. 9.*) Ipsa tamen phrasis singularem notat familiaritatis modum, quem profectò non contrahit cum excommunicato, qui cum eò litigat in Judicio. 31) Non enim statim, ob quæ peccata quis excidit Ecclesia, excidit etiam Republica, nec qui desinit esse membrum Ecclesiæ, desinit etiam esse Reipublicæ; hinc quoque non sine magno Rerumpublicarum detrimento sæpius nimis ambitione potestate excommunicandi abusi sunt Pontifices Romani, qui Principes & Reges ob delicta excommunicatos Regno simul exuerunt. Distinctæ res sunt Ecclesia & Republica, Reinking. *d. Reg. Sec. & Eccles. lib. 3. class. 2. cap. 2. n. 34. & 40.* D. Struv. *Diss. crim. 15. th. 30.* Havemann *de Jure Episcopali tit. 10. §. 2.* 32) Hodie ac præsertim in Archi-Episcopatu Magdeburgensi, ad contractus quidem aliaque jura exercenda excommunicatus admittitur, sed ab honestis & publicis conventibus nec non familiari conversatione excluditur. *secundum sæpius alleg. Fürstl. Magdeb. Kirchen Ordnung d. c. 12. §. 26.* Wann aber solches letzte Gerichte über einen Halbstarrigen Sünder ergangen zc. Soll die Weltliche Obrigkeit einen solchen Menschen verbleten alle Hochzeiten und ehrliche Gesellschaften/und achtung darauff geben/das niemand einige Gemeinschaft mit ihm habe/ & §. 27. Doch soll ihm seine Nahrung zu suchen/zu arbeiten und zu handeln/und Burgerliche und Nachbarliche Rechte zu genießen unverbotten/und Er schuldig seyn/seine Dienste/Pflichte und anders zu leisten/auch bey allen Predigten sich einzustellen. 33) Circa has pœnas Canonicas a-

ejusmodi & censuram Ecclesiasticam contemserit, Episcopus pro executione brachiumulare implorare queat *c. principes 23. qu. 5. c. 1. in fin. c. quoniam in fin. X. d. ff. ordinar. c. statuimus. vers per temporalem X. d. maledic. teneturque Judex secularis Ecclesiastico, uti & hic vicissim illi, atque ita mutuo sibi invicem operam præstare in exequendis sententiis. Covarruv. Tom. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 1. D. Henr. Gebhardi aliàs Wesener d. potestat. s. regimin. Ecclesiast. in Jure*

34 *Ecclesiast. apud Friisch. tract. d. Jure Eccles. pag. 141. 34*) CONTRARIA sunt INDULGENTIÆ, TAXA PECUNIARIA, CONVERSIO IN MULCTAM & REMIS-

35 SIO. 35) In Veteri Ecclesia quando aliquid ex impostis satisfactionibus remittebatur, dicebatur *Indulgentia*; quæ significat quandam juris relaxationem, cum minus severe quam posset, cum aliquo agitur, Ungebauer in *Comment ad tit. de penit. & remiss. n. 8.* quæ tamen toto cælo à Papalibus Indulgentiis differt. Contigit enim interdum, ut *persecutio* ingrueret, quo in statu, ut eo alacrior fieret pœnitens ad sustinenda martyria, ante tempus ab Ecclesia ad satisfaciendum definitum absolvebatur, & cum Ecclesia reconciliabatur; Cyprian. *lib. 1. epist. 2.* vel si positus in annis pœnitentiæ gravi cum morbo luctabatur & morti appropinquaret, ne ab Ecclesia ligatus, adeoque etiam in cælis ligatus demigraret in alterum orbem, indulgentiam obtinebat, & condonabatur tempus residuæ pœnitentiæ aliàs complendum, scilicet si moreretur, quando autem non moriebatur, indulgentia non habebat locum, sed pœnitens residuum tempus complere cogeatur D. Chemnitius in *alleg. colleg. manuscr. d. disciplin. eccles. veter. Christian.* vel si in pœnitente tantus conspiceretur de admisso peccato dolor ac fervor contritionis, ut Ecclesia ad maturandam reconciliationem moveretur; vel si Confessio verius vel pœnitentiarius per impru-

den-

dentiam pœnitenti indiscretam pœnitentiam, & sine causa
 tam difficiles ac diurnas satisfactiones, imò aliquando in-
 tolerabiles imposuisset, tum utique de summo illo rigore
 & nimia severitate aliquid remittendum fuit, adeoque pœ-
 nitenti per indulgentiam succurrendum, Augustin. *in lib. d.*
ver. & fals. pœnitent. c. 10. 36) Adstipulatur hinc Apologia **36**
 Augustinæ Confessionis *de confess. & satisfact. pag. 198. verb.*
Indulgentiæ olim erant condonationes publicarum pœnarum, ne mini-
imum gravarentur homines sicut & D. Martin. Chemnitius in
Exam. Concil. Tridentin. part. 4. pag. mih. 117. historicè demon-
 strat, quod olim Indulgentiæ nihil aliud fuerint, quàm mo-
 derationes, relaxationes, seu remissiones illarum multarum
 canonicarum, quæ in publica pœnitentia usitata tunc erant.
 37) Successerunt postea redemptiones seu commutationes **37**
 publicarum satisfactionum; ita Burchardus ex pœnitentia
 Romano multa de redemptionibus satisfactionum trans-
 scribit, ut pro uno die, quem in pane & aqua quis jejunare debet,
 quinquaginta Psalmos genibus flexis, vel septuaginta Psalmos gen-
 bus flexis, vel septuaginta stando dicat, & unum pauperem pascat.
 Qui Psalmos non novit, dretes unum diem tribus denariis, pauper
 uno redimat, vel tres pauperes pascat. Una hebdoma redimitur tre-
 centis Psalmis. Unus mensis mille ducentis. Pro uno anno det pau-
 peribus in Eleemosynam viginti duos solidos, pro quadragesis compu-
 tet pretium cibi. Ex quibus colligitur, solitas quidem juxta
 canones, pro publicis delictis veteres satisfactiones imponi,
 sed pœnitentibus licentiam concessam, ut partem earum
 commutatione, sicut dictum, redimerent, quidam verò dice-
 bant redimi non posse, sed absque commutatione complen-
 das esse Chemnit. *d. l. vid. D. Nieman. diss. d. Indulgentiis*
Iena habita per tot 38) Olim in anno centesimo seu JU- **38**
 BILEO à Pontifice Bonifacio VIII. instituto, qui à vigi-
 lia Nativitatis Christi inceptit, ad Romanas Basilicas Petri

& Pauli reverenter verè pœnitentibus & confessis accedentibus, plenissima omnium peccatorum remissio & indulgentia concedebatur, ita tamen ut Romani ad minùs 30. diebus continuis seu interpolatis vel saltem semel in die, peregrini autem & forenses simili modò 15. diebus ad eandem Basilicas accedant c. 1. *Extravag. comm. de Penitent. & Remissio.* Paul. Laqman. Theolog. moral. lib. 5. tract. 7. cap. 8.

- 39) Eò 39) autem perventum est apud Pontificios, ut peccata certa multa seu pœna pecuniaria æstimaverint, unde orta est TAXA POENITENTIARIA 40) vid. *Simoniam Curie Romanæ Irrevocabilissimo Carolo V. Cesari Augusto à Reverendisssimis & Serenissimis S. Romani Imperii Electoribus Illustrissimisque Principibus, in Comitibus Norinbergensibus anno 1522. Oratori Pontificio proposita, ubi n. 67. sub rubrica: quemadmodum plus pecuniæ, quàm pœnitentiæ peccatoribus imponunt: ita habetur: Parum Canonibus sancitum est, spiritalibus & manifestis peccatis spiritali pœnitentiã seu satisfactionem imponendam esse, ut sic non pecuniæ lucrum, sed potius animarum salus queri intelligatur. At Ecclesiastici Judices & officiales perperam animadversis Canonibus dictam spiritali pœnitentiã in tantum exasperant, aggravant & augent, uti Laici, priusquam eam satisfactionem accipere velint, pecuniã magis sibi ab ipsis immunitatem comparant: Quare Laici multum premuntur, Ecclesiastici contra multum ditantur, utpote qui in suum privatum commodum, & partis agunt munus & Judicis, quod tamen omnibus juribus dissonum. Similiter in libello, cui titulus est: Taxa Cancellariæ Apostolicæ juxta stylum hodiernum Romanæ Curie: seqq. leguntur, quæ in gratiam lectoris apponenda censentur. Verba taxæ hæc sunt: Dispensatio de contrahendo in cognitione spiritali gr. 60, expediri tamen unam pro gr. 30. sed de gratia. Idem est judicium in secundo gradu, & componitur cum datario, in maxima summa aliquando 300. & etiam 500. Et alias juxta qualitatem personarum. Et nota diligenter,*

ter, quod huiusmodi gratia & dispensationes non conceduntur pauperibus, quia non sunt, idè non possunt consolari. In 3. & 4. gradibus conceduntur pauperibus, quia contrahentes se attingunt. In 2. & 3. componitur pro tertio ad ducatos 25. Si Nobiles ad ducatos 60. & fit declaratoria super secundo & non componitur. Sub rubricæ porrò de matrimonialibus causis ibidem legitur: non esse dispensandum cum pauperibus, eò quod non habeant, unde satisfaciant Taxe ordinaria. plura vide apud Havemann. in Gamologia Synoptica de iure conjugiorum lib. 2. tit. 5. quid iudicii de hac taxa pœnitentiaria habuerit Claud. Espanecæus ex propriis verbis perspicere licet, part. 1. Disputat. Theolog. D. Johann. Gerhard. Disp. 4. §. 25. p. 376. adde. Hortleder in seinen Handlungen von Ursachen des Teutschen Krieges Kaiser Carls des V. lib. 1. cap. 47.

41) NUM LICEAT POENITENTIAM ECCLESIASTICAM CONVERTERE IN POENAM PECUNIARIAM: & Negatur. Esset enim illud contra primævam pœnitentiæ publicæ institutionem & scopum, quæ uti in proximè præcedenti Capite dictum, in eo consistit, ut delictum publicum ad placandam Ecclesiam deprecatione agnoscat, scandalum obliteretur, & à simili facto alii deterreantur, vid. Martin Chemnit. in examin. ad Concil. Tridentin. de Satisfaction. c. 15. pag. 225.

42) at multa data & omissa pœnitentia non satisfacit Ecclesiæ, neque scandalum aboletur, itaque Pontifex Gregorius ad Petrum Subdiaconum rescripsit: Cognovimus, quod si quis ex familiâ culpam fecerit Ecclesiæ, non in ipsum, sed in ejus substantiam vindicatur. De qua re præcipimus, ut quisquis culpam fecerit in ipsum quidem, ut dignum est, vindicetur: à comunione autem ejus omninò abstineatur *caus. 16. quest. 6. can.*

43) Cui sententiæ ad stipulantur Orthodoxi iique egregii Theologi: sic Fridericus Balduinus *commentar. ad cap. 2. epist.*

